tem refugiat. **C**onsequenter cum dicit. Qui enim sacrificat te. Probat quod dixerat. vbi duo facit. qd p[ro]p[ter]o probat propositum suum ex parte patris consummantis. **S**e cundo ex parte christi consummari ibi. Qui autem pueri te. Adhuc circa primum duo facit. quia primo p[ro]positum intentum. Secundo probat per auctoritatem ibi. Propter quaz causam nec confunditur te. Dicit ergo. Qui enim te. Scendum est autem qd lupus apostolus tria dixerat. Primo qd christus est causa salutis. in quo ostendit nos dependere ab ipso. Secundo ostendit qd pater est consummator ipsius christi per meritum passionis. Et in hoc christus dederat a patre. Tertio qd pater nos adducit in gloriam. in quo etiam nos dependere a deo ostendit. et f[er]mee apostolus hic tria facit. Primo enim ostendit qd dependemus a ipso. **S**anctificatus enim dependet a sanctificato. christus autem est sanctificans. infra. 13. **J**esus ut sanctificaret per suum sanguinem te. Bene ergo dictum est qd quia est actor et sanctificator dependemus ab ipso: ipse vero a patre a quo habet qd sanctificari quod est secundum. Sed omnes ipse scilicet qui sanctificat et nos qd sanctificamur ex uno scilicet ex parte quod est tertium Bo. 8. **H**eredes quidem dei: coheredes autem christi. **C**onsequenter ista tria probat per tres auctoritates. **P**rimo qd christus tanquam mediator et actor salutis ea que dei sunt in nos res fert. Unde dicit Propter quam causam. quia scilicet nos et ipse ex parte dependemus et sumus ex uno deo patre non confundit eos vocare fratres. quia scilicet ex eodem patre. Mal. 2. Nunquid non paternus omnium nostrorum. ideo dicitur ps. 123. Nuncib[us] nomen tuum fratribus meis te. Et Iohann. 2. Adde autem ad fratres meos et cetera. **S**ed nota qd dicit. Non confunditur te. quia aliquid de vili plebe nati si promouentur confunduntur cognoscere consanguineos suos. puer. 19. Fratres hominis pauperis oderunt eum te. Non sic autem ipsi sed dicit. Nuncib[us] nomen tuum fratribus meis. Job. 17. Pater manifestauit nomen tuum hominibus quos dediti mihi Bo. 8. **A**nigenitus qui est in finu patris te. **I**stius annuntiationis ostendit fructum cum dicit. In medio ecclesie te. Quasi dicat. Per hoc congregatur tibi magna ecclesia in cuius medio laudabo te. Et dicit in mediorum: quia sicut coluna in medio domini suscitata lucerna in medio domini illuminat cor in medio corpus vivificat. ita christus in medio ecclesie. Et ideo de ipso frequenter dicitur qd stetit Iesus in medio te. **D**einde cu[m] dicit. Et iterum te. Ostendit qd ipse christus dependet ex parte per hoc quod dicit Ergo fidens in eum. Hoc f[er]mee Hieronymus habet. Isa. 8. Abi nos habemus. Expectabo dominum qui abscondit faciem suam a domo iacob te. Sed Isa. 12. expresse habet. Fidei dulcissime agam et non timebo. Ergo ero fidens in ipso pro gloria corporis et membrorum quod supra dixit consummationem. ps. In te domine sperani. Ostendit autem quaz spem habet. quia non est cunq[ue] sed firmata qd dicitur fiducia. Sed istam habuit christus. **D**einde cu[m] dicit. Et iterum te. Ostendit tertium. scilicet qd referit nos in deum dicens Ecce ego te. Et habetur Isa. 8. Quasi dicat. Relatus sum in deum: eg[o] in qd qui sum fidens. et similiter pueri mei quos in deum reduco. scilicet discipuli mei. Job. ultimo. Pueri nunquid pulmentarii habent? Quos dedit mihi deus Job. 17. Qui erant et mihi eos dediti. H[ab]it dicuntur pueri propter puritatem. 1. reg. 21. Si mudi sunt pueri et maxime a mulieribus. Et paulo post ibi. dem sequitur. fuerunt vasa puerorum sancta. Item propter simplicitatem. 1. cor. 14. Molite pueri effici sensibus h[ab]it.

malicia parvuli estote. Item propter humilitatem. Mat. 18. Nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut parvuli te. Istos autem pueros dedit mihi dominus. quia Job. 6. Nemo potest venire ad me: nisi pater qui misit me traxerit eum.

Lectio quarta.

Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini: et ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. id est dyabolus. Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxii erant scrututi. **N**usque enim angelos apprehendit: sed semen abrae apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret et indulcis pontifex ad deum: vt repropiciaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et temptatus potens est: et eis qui temptantur auxiliari.

Supra ostendit apostolus convenientiam mortis christi ex parte patris morte deponens: hic ostendit idem ex parte ipsius christi morte patientis. De ipso vero dicit qd erat actor salutis fidelium. ideo hic intendit ostendere quomodo per passionem effectus est actor salutis eorum. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit conditiones nature: per quam mori potuit. Secundo ostendit utilitas eius: tamen quam per mortem attulit ibi. Ut per mortem te. Tertio probat quod proposuerait ibi. **N**usque enim angelos te. Dicit ergo. Ita vixi qd ipse et pueri sunt ex uno omnes et vocauit eos fratres. ergo conueniens fuit qd esset eis similis: non tamen quia imparititur eis participationem naturae diuinae quod est ex dono gratiae: sed etiam quia ipse natum eorum assumpsit. **A**nde dicit. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini et ipse similiter participauit eisdem. Nomine carnis et sanguinis aliquod ipsum natura carnis et sanguinis intelligit. Gen. 1. **D**oc nunc de ossibus meis: et caro de carne mea. Aliquando vero virtus carnis et sanguinis Mat. 16. Caro et sanguis non reuelauit tibi. Aliquando vero ipsa corruptibilitas carnis et sanguinis. 1. cor. 15. Caro et sanguis regnum dei non possidebunt neq[ue] corruptio incorruptionem. Sed hic non intelligit de virtutis. x[ps] enim assumpsit naturam sine peccato. sed cu[m] passibilitate: quia assumpsit carnem simile peccatum Bo. 8. In similitudine carnis peccatum. Ipse ergo comunicauit vel pueris: vel etiam carni et sanguini. Et totu[m] similiter: quia scilicet non carni fantastice ut dixit manicheus: nec accidentaliter ut dixit Nestorius: sed vere carni et sanguini: sicut et pueri: et in unitate per sona. **C**onsequenter ostendit utilitatem quam per mortem attulit cu[m] dicit. Ut destrueret te. Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit utilitatem istam ex parte dyaboli qd tenet. Secundo ex parte nostra qui tenebamur ibi. Et liberaret eos te. Dicit ergo. Ideo participauit. id est assumpit naturam in qua posset pati et mori quod non poterat in diuina: ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium id est dominium. Sed quomodo habet dyabulus mortis dominium? Hoc enim est solius dei. 1. reg. 2. Non minus vivificat et mortificat. et Deut. 32. Ego occidam et vivere faciam te. Respondeo dicendum est qd alter habet dominium mortis index: quia scilicet quasi morte in flagens. cum per mortem punit. alter latro quasi scilicet mortem sibi ex demerito acquires. Primo modo deus habet mortis imperium. Gen. 2. **M**uacunus die comedet

in epistolam ad Hebreos II

ris ex eo morte mortis. Secundo modo diabolus qui suadendo homini peccatum mortis ipsum adduxit **Hab.** 2. Inuidia dyaboli mors intravit in orbem terrarum. **C**icit autem destrueret, non quoniam ad substantias quam habet incorruptibilis, nec quoniam ad maliciam ut aliquando dyabolus bonus fuit: ut dicit **O**rigenes, sed quoniam ad protestatis dominium **Io.** 12. Nec indicum est mundi: nunc princeps mundi huius ei scietur foras. **Col.** 2. Expoliatis potestates et principatus traduxit confidenter palam triumphantibus illos in semetipsa. Et hoc factum est per mortem Christi triplici ratione. Una est ex parte Christi. Justicia enim est vera ratio ut vicitur victimum sibi subiicit. 2. **De.** 2. A quo enim quis superatus est huius et seruus est. Christus enim vicit dyabolum **Apocalyp.** 5. Cicit leo de tribu Iuda. Et ideo iustus est dyabolus sibi esse subiectus. **Luce.** 11. Cum fortis armatur custodit atrium suum. **A**lia ratio est ex parte dyaboli. Justicia enim exigit: quod qui male vtitur potestate sibi concessa amittat eam. Dyabolo autem data est permisitia in peccatores quos seducit: sed non in bonos. **N**atura ergo hanc extendere presumpsit etiam in ipso Christo qui peccatum non fecit **Job.** 14. Denit princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Et ideo meruit illaz perdere. **T**ertia ratio est ex parte nostri: quia iustum est et quod vicitur seruus vicitur et dicitur est. Homo autem per peccatum seruus erat dyaboli **Job.** 8. Qui facit peccatum seruus est: et ita subiectus dyaboli: et obnoxius peccato. Christus autem solutus preci pro peccato nostro. **P**ro. Que non rapui tunc exoluiebam. Sublata ergo causa seruituti: scilicet peccato: per Christum est homo liberatus. **C**oncedit autem quod nulla alia satisfactio fuit conueniens. Homo enim erat debitor: unus autem bene potest satisfacere: per alio ex charitate. Nullus autem pro toto humana natura: quia non habet potestate super illam. Nec etiam ipsum humanum genus sufficienter poterat satisfacere: quia totum erat peccato obnoxium. Nec etiam angelus: quia ista satisfactio est ad gloriam que excedit facultatem nature angeli. Oportuit ergo esse hominem qui deberet satisfacere et deum qui solus habet potestate super totum humanum genus qui posset pro toto humano genere satisfacere. Per mortem ergo dei et hominis destruit eum qui habet mortis imperium. **C**onsequenter cum dicit. Ut liberaret eos tecum. Ponit alia vtilitas ex parte nostra. Homo enim intantum est seruus peccati inquantu inducit ad peccandum. Inter omnia vero duo sunt que inducunt ad peccandum efficacissime. scilicet presentium bonorum amor male inflamans: presentium etiam penarum timor male humilians. De his. **P**ro. Incelsa ignis Christi ad per munitionem sufficiunt quantu ad secundum. Nec autem duo in id reducuntur: quia Propterea quis amat bonum aliquod: tanto timet malum contrarium. Ita sunt quibus homo ligatus et detinetur in peccato: magis tamquam per timorem mouetur quam per amor. **A**nde videmus quod seue bestie penarum timore retrahunt a maximis voluptribus. Et sic timor maxime ligat homines. Inter omnes autem timor mortis est maximum. Et enim finis terribilis. **A**nde si homo timore istum superat: superat omnes: et hoc superato superatur omnis amor mundi inordinatus. Et ideo Christus per mortem suam fregit hoc ligamen: quia abstulit timorem mortis: et per consequens amorem vite presentis. Quando enim considerat homo et filius dei dominus mortis mox voluit non timeret mortem. **A**nde prius dicebat ille. **Ecc.** 41. O mors quam amara est memoria tua. **S**ed post clammat apostolus **Phi**lippi. 1. Desiderium habens dissolui et esse cum Christo. **A**nde **Mat.** 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus tecum. Dicit ergo. Ut liberaret eos qui timore mortis obnoxii erant seruituti: scilicet peccati per totam vitam quam numeris

appetebat. **A**llaliter homo enim dupli seruituti erat obnoxius scilicet legis. **A**nde act. 15. **L**ex dicit iugum quod nec nos nec patres nostri portare potuimus. **A**nem enim mortis erant graues. **E**xod. 17. **B**al. 4. **U**t eos qui sub lege erant redimeret. Erat etiam obnoxius seruituti peccati. **A**b ista dupli seruitute Christus nos liberavit. Differencia autem inter nouum et vetus testamentum est timor et amor. **I**n novo est amor. **Job.** 14. Si diligitis me misericordia mea seruate. **V**etus autem fuit lex timoris. **Ro.** 8. Non enim accipistis spiritum seruitutis iterum in timore. Et ideo dicit. Ut liberaret eos qui timore mortis corporalis quod infiliet gebat lex per totam vitam obnoxij erat seruituti legis. **C**onsequenter cum dicit. **But** qd enim angelos tecum. **P**robat apostolus utilitatem quam mors Christi attulit. Et circa hoc tria facit. **P**rimo enim ostendit quod Christus per mortem nos liberavit quod probat ex conditione nature passibilis quam assumpsit. **S**econdo concludit similitudinem ibi. **A**nde debuit tecum. **C**ertus ostendit similitudinem utilitatem ibi. Et misericordia fieret tecum. **D**icit ergo Ita dixi quod Christus per mortem suam liberavit nos a peccato et morte. **N**ec est dubium quod Christus ad conditionem nature angelus maior est homine. sed quia angelus non fuit obnoxius seruituti nec dignus morte. Ideo non assumpsit angelus. **Q**uod si assumpsisset angelus hoc viisque fuisse propter dignitatem nature. sed nusque legitur quod assumpsit eum: sed tamen humana natura non tamquam ydeale. sed in individuo et in alio. et hoc ex semine abrae. **Mat.** 1. **F**ilius abrae tecum. Et hoc addit ut iudei magis venerentur Christum. Signerat vero dicit Apprehendit. quia illud propter dicitur apprehendi quod fugit. Non solum autem ipsa natura humana fugiebat a deo sed et ipsi filii abrae. **Zach.** 7. **A**uctoriterunt scapulam tecum. **Glo.** **Chrysost.** **Magnus** et mirabile et stupore plenus est carnem nostram sursum sedere et adorari ab angelis et archangelis. **Hoc ergo** sepius in mente versans excessum patiorum magnitudine generis humano imaginans. **D**einde cum dicit. **Un** debuit tecum. **E**x predictis concludit similitudinem. Quasi dicat. Quia ergo non apprehendit angelos sed semen abrae. ideo debuit per omnia assimilari fratibus. **P**er omnia inquit in quibus sunt fratres non in culpa sed in pena: et ideo debet habere passibilem naturam. **A**nde infra. 4. **T**emptatus autem per omnia pro similitudine absque peccato tecum. Christus scilicet ad penam non temptatione culpe. Item sunt fratres quantum ad gratiam. 1. **Job.** 3. **A**ldere qualiter caritatem dedit nobis deus pater ut filii dei nominemur et simus. **Ro.** 8. **Quos** prefiguit et predestinavit conformes fieri tecum. **C**onsequenter ponit utilitatem istius similitudinis dum dicit. Et misericordia fieret tecum. **U**bi duo facit. quia primo ponit eam. **S**ecundo exponit ipsam ibi. In eo enim tecum. Nam Christus enim et mediator est duplex habet officium. **Alio** quod preponit toti humano generi sicut index **Jobannis.** 5. Potestate dedit ei iudicium facere tecum. **A**ltius per comparationem ad deum apud quem pro nobis quasi ad vocatus interpellat. quia assistit vultui eius pro nobis. infra. 9. 7. 1. **Jo.** 2. **A**d vocatum habemus apud patrem iesum Christum tecum. In iudice autem maxime desiderat misericordia et praecepit a teis. In aduocato desideratur fidelitas. In Christo autem insinuat apostolus illa duo esse per passionem eius. Humanum enim genus in Christo inquantum est iudex desiderabat misericordiam. Inquantum aduocatus fidelitatem. Et ista duo exhibuit Christus per passionem. **A**nde quantum ad primum dicit quod per passionem assūlatus est fratibus ut misericordia fieret. Sed nūquid non fuit misericordia ab eterno? quia miserationes eius super omnia opera eius. **P**ro. Item ab initio habuit misericordia

Explanatio sancti Thome

Item Job. 31. Ab infancia crevit meū misatio. **R**espō-
deo dicendum est q̄ miseratio dicitur quasi miserum cor
super aliena miseria. et hoc est dupliciter. Uno modo per
solam apprehensionem: et sic deus sine passione nostrā
miseriam apprehendit. Ipse enim cognovit figuratum
nostrum ut dicitur in ps. Alio modo per experientiam et
sic christus portissime in passione expertus est miseriq̄ no-
stram. Item ipse est fidelis adlocutus. Et ideo dicit p̄s.
tis. infra. 9. Christus assistens pontifex futurorum bo-
norum. Et ad illam requiritur q̄ sit fidelis. i. corinth. 4.
Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis in-
ueniatur. et hoc tortu ut reprocipiat delicia populi. sci-
licet pro quo mortem sustinere voluit. Ipsa enim passio
allegatio est et fidelium interpellatio. Deinde cum di-
cīt: In eo enim re. Exponit istam utilitatem et continuat
scī. Quasi dicat. Non loquor de xp̄o in quantum deus: sed
in quantum est homo. Et ideo in eo. id est in illa natura
quam assumptis ut experiretur in se nostram causam esse
suas. Unde dicit. Et temptatus et passus est: ideo potēs
est re. Vel aliter. Ideo factus est misericors et fidelis. q̄z
in eo et passus et temptatus est: haber quādā conueni-
entias ad hoc q̄ misereatur. Et dicit temptat? non a car-
ne sed ab hoste. Matth. 4. Ductus est iesus in desertus
a spiritu ut temptaretur a dyabolo. In ipso enim non fu-
it aliqua rebellio partis inferioris ad superiorē: sed pas-
sus est in carne pro nobis. i. P̄e. 2. Christus passus est
pro nobis re. Et. 4. Christo ergo in carne passo et vos
eadem cogitatione armamini.

Capitulum tertium:

Vnde fratres sancti: vocatio-
nis celestis participes: cōside-
rate apostolū et pontificē con-
fessionis nostre. Iesum: qui si-
del est ei qui fecit illum sicut et
Moyses in omni domo ei⁹. Amplioris em̄
glorie iste pre Moysē dignus habit⁹ est q̄n-
to ampliorem honorem habet domus: qui
fabricauit illam. Omnis nāq̄ domus fabri-
catur ab aliquo. Qui autem omnia creauit
deus est. Et moyses quidem fidelis erat in
tota domo eius tanq̄ famulus in testimoni-
um eorum que dicenda erant. Christus ve-
ro tanq̄ filius in domo sua. Que domus su-
mus nos si fiduciam et gloriam spei vsḡ ad
finem firmam retineamus.

Sicut supra dicta fuit lex verus ex tribus habuit auctor-
itate. scilicet ex angelo. ex moysi. et ex aaron pontifice.
Apostolus autē supra praeulū christū actorez noui testa-
menti angelis per quos lex data fuit: hic intendit ipsum
preferre moysi qui fuit promulgator et quasi legislator ve-
teris testamenti. Et circa hoc facit duo. Primo est pre-
feri christum moysi. Secundo concludit ex hoc q̄ sit ef-
ficacissime obedienduz christo ibi. Quia propter sicut dicit
spiritus sanctus re. Circa primū tria facit. primo pre-
mitit dignitatē xp̄i. Secundo ostendit quid sit communie
christo et moysi ibi. Qui fidelis est ei re. Tertio pre-
feri christum moysi ibi. Amplioris autē glorie re. Circa

primum duo facit. quia primo ponit conditionem eoz ut
quos loquitur. Secundo conditionē eius de quo loqui-
tur ibi. Considerate apostolū re. Illos autē ad quos los
quādā describit tripliciter. Primo ex charitate. Unde di-
cīt fratres. quasi diceret. q̄z ex semine abrae fratres est
et christi inter vos adiunxit Matth. 23. Vnde vos fra-
tres estis re. Item fratres xp̄i. supra. 2. Non confundat
eos vocare fratres. Hanc autē fraternitatem facit chari-
tas. ps. Ecce q̄ boni et q̄ locundū re. Secundo etiā de-
scribit eos ex sanctitate cū dicit Sancti. Et hoc propter
sacramentorum perceptionē. i. corinth. 6. sed ab aliis estis:
sed sanctificati estis re. Tertio describit eos ex vocatio-
ne cum dicit Vocatio celestis participes. Ista autem
vocatio dupliciter potest intelligi celestis esse. Vel quia
vocati sunt ad celestia regna. i. thes. 2. Vocavit nos ad
suum regnum et gloriam. Vel vocavit nos vocatione celesti. q̄z
non humana adiunctione sed celesti gratia. Galath. 1.
Vocavit per gratiā suā Ro. 8. Quos autē predestina-
vit hos et vocavit re. Isa. 41. Quis suscitauit ab oriente
iustum vocavit eum ut sequeretur se: Conseque-
ns describit illū de quo loquitur cum dicit. Considerate re.
Infra. 12. Aspicientes in actorez fidei et consummatoz ie-
sum re. Sed quem? Apostolum inquit et pontificē con-
fessionis re. Apostolus enī in sequentibus prefert chri-
stum moysi et aaron. et ideo ascribit ei vtriusq; dignitatem
moysi. scilicet q̄ missus fuit a deo p̄s. Missus moysi ser-
num suum. Aaron vero qui pontifex fuit. Exod. 28. Ap-
plica quoq; ad te aaron re. Christus autē excellētū mis-
sus fuit apostolus q̄ moyses Exod. 4. Obscurō domi-
mitte quem missus es. Quasi dicat Alum digniores
missus es. Itē ipse est pontifex et sacerdos. p̄s. Tu es
sacerdos in eternū fīm ordine melchisedech. Quasi er-
go premittit hic conditionē suam principalem dicens: Un-
de id est ergo fratres considerate apostolū. Quasi dicat.
Pretermittatis considerare illū apostolū id est missus
moysi et pontificē aaron et considerate apostolū et
pontificē confessionis nostre. id est illum quem nos co-
fitemur. Hoc enī est necessariū ad salutē ut confiteamur
eum. Ro. 10. Cōdere creditur ad iusticiā: ore autē confe-
sio fit ad salutem. Vel confessionis. id est sacrificij spiri-
tualis. Omnis enī sacerdos ordinatur ad sacrificiū ofer-
enda. Duplex autē est sacrificium. scilicet corporale vel
temporale. Et ad hoc institutus fuit aaron. Aliud autē
est sacrificij spirituale: quod est in fidei confessione. p̄s.
Sacrificij laudis honorificabit me. Et ad istud sacrificiū
institutus est christus: non ad thauros Isa. 1. Holos
causta arictū et ad ipsū pinguiū et lāguinū vitulorū et agno-
rum et byrcorū nolui. Et paulo post ibidē sequit. Ne of-
feratis ultra sacrificij frustra. Deinde cū dicit. Qui si
delis re. Comparat xp̄im moysi. De aaron infra facit men-
tionē specialē. et ponit primo bie ut dicit est illud in quo
conveniunt. Sciendū est autē et totū hoc q̄d hic dici-
tur de moysi fundatur super illud q̄d habetur Numeri
12. vbi dominus ostendit excellētū moysi post q̄w
gati sunt contra ipsum aaron et maria. vbi ponuntur hec
verba que apostolus hic allegat. Id enī dicitur sic. Ut
non talis seruus mens moysēs qui in omni domo mea fi-
delissimus est. Hoc autem potest conuenire et christo et
moysi. De moysi est patet ex ipsa historia allegata. De
christo etiā intelligitur. quia ipse secundū q̄ homo fidelis ē
ei qui fecit eum. scilicet deo patri quem secundū humanita-
tem fecit Romanor. 1. Qui factus est ei ex semine da-
uid secundū carnem. secundū enī q̄ deus non est factus nec crea-
tus sed genitus. Fidelis autem fuit deo patri. quia glo-
riam eius querebat non suam Iohannis. 8. Ego gloriāz

in epistolam ad Hebreos II

meam non quero. **E**t. 7. dicitur. Qui querit gloriam eius qui eum misericordia verax est et iniustitia in illo non est. **F**idelis ergo est christus ei qui fecit eum sicut moyses. et hoc in omni domo eius: que domus est vniuersitas fideliū de qua. p̄. **D**omum tuam decet sanctitudo domini ue te. **H**einde cum dicit: Amplioris enim glorie tecum. **P**refert christum moysi et hoc quantus ad duo. **P**rimo quantus ad potestatem. Secundo quantus ad conditionem. ibi. **E**t moyses quidem tecum. Comendando autem christum commendat ipsum habuisse honores in omni domo. sed et christus ipsum excellere ostendit. **E**b̄ primo ponit rationem. Secundo manifestat ibi. Omnis natus domus tecum. Ratio autem apostoli est quod maior gloria debetur illi qui fecit dominum quam illi qui eam inhabitat. christus autem fabricauit dominum. p̄. **T**u fabricatus es aurum et sole. puer. 9. **S**apiencia edificauit sibi domum. id est ecclesiam. **I**spe enim xpo per quem gratia et veritas facta est tanquam legislator edificauit ecclesiam. **M**oyses autem tanquam legis prunciatoꝝ et ideo solum ut pronuntiatoꝝ debet gloria moyse. si. **A**nde et resplenduit facies eius de qua. **E**ccl. 34. et. 2. corintioꝝ 4. 3. **T**u vero non possent filii israel intendere in faciem moyse propter gloriam vultus eius. **C**ontinuat ergo sic littera. **C**ui dicas quod christus est fidelis sicut moyse. quare ergo dimittimus ne consideremus? **C**erte quod amplioris glorie dignus est habitus per moyse. quanto ampliorem gloriā habet dominus. dominus qui fecit illam. **M**uſi dicat. et si moyse multus sit honorabilis: tamen christus honorabilior est. sicut fabricator domus. et sicut legislator principalis Job. 36. **E**cce deus excelsus in fortitudine sua: et nullus ei similis in legislatoribus. **S**i ergo debetur gloria moyse: ampliori dignus est christus. 2 corintioꝝ 3. **S**i ministratio damnationis in gloria est: multomagis ministerium iusticie erit in gloria. **C**onsequenter probat minorum sue rationes cuius dicit. Omnis natus domus tecum. **M**inor autem est quod christus fabricauit dominum istum. et hoc probat primo. quia omnis dominus in dicit fabricator. Secundo quia ista dominus de quo loquitur a christo fabricata est ibi. **Q**ui autem omnia tecum. **P**rimo ergo probat quod ista dominus sicut et quilibet alia indicat fabricator. quia diversus non continguntur nisi ab aliquo uno. sicut patet de domo artificiali in qua ligna et lapides ex quibus composita est vniuersitudo at aliquo. **A**ggregatio autem fidelium que est in ecclesia: et dominus dei ex diversis collecta est. scilicet iudeis et gentibus: seruis et liberis. **E**t ideo ecclesia sicut et omnis dominus ab aliquo vniuent fabricatur. Huius rationis ponit tamen conclusioꝝ supponens veritatem premissarum ex facti evidentiā. 1. **P**etri. 2. Ipsi tanquam lapides viuili supedificamini domos spirituales tecum. **E**pheſ. 2. Superedificati super fundatum apostolorum et prophetarum tecum. **H**einde cum dicit. Qui autem creauit tecum. Probabat quod christus sit istius dominus edificator. Deus enim qui fecit omnia tecum. Et si hoc intelligitur de toto mundo planum est. p̄. **J**ole dixit et facta sunt tecum. Et autem creatio spiritualis que fit per spiritum psalmi. **E**mitte spiritum tuum et creabuntur. et renouabis faciem tecum. **E**t hoc fit a deo per christum Iacob. 1. **V**oluntarie genuit nos verbo veritatis: et sumus initius aliquid creature eius. **E**pheſ. 2. Ipsi factura sumus creati in christo iesu in operibus bonis tecum. **D**eus ergo istam dominum scilicet ecclesiam ex nihilo. scilicet de statu peccati in statu gratiae creauit. ergo christus per quem fecit omnia. supra. 1. **P**er quem fecit et secula. **J**ohannis. 1. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso tecum. Et excellentior uestigie. quia habet potestatem factoris quam moyse qui solum fuit pronuntiatoꝝ. **H**einde cum dicit. Et moyses quidem tecum. **P**refert christum moysi quantum ad conditionem. et circa hoc duo facit. **P**rimo enim ponit rationem suam. Secundo manifestat eam ibi. Que domus tecum. **A**postolus valde diligenter notat verba illa scripta de moyse. in quibus duo dicuntur de ipso. **C**onatur enim seruus. vocatur etiam fidelis non in domo propria: sed in domo dei nostri. **E**t quantus ad conuenientiam moyse. Secundo quid conuenientiam christo ibi. **C**hristus vero tanquam filius tecum. Dicit ergo quod moyse fidelis erat tanquam seruus. id est sicut fidelis dispensator. **M**atthei. 25. **E**uge serue bone et fidelis. quia in pauca fuitis fidelis: supra multa te constituam tecum. **C**hristus autem quodammodo seruus est. scilicet secundum carnem. **Phil.** 2. **F**orma serui accipiens. sed moyse fuit famulus in verbis dei proponendis filiis israel. **E**x quo patet. quod erat fidelis famulus illius. illa que dicebat ordinabant ad altum. scilicet ad christum. **E**t hoc erat testimonium eorum que descendenda erant. **J**ohannis. 5. Si crederetis moysi credetis postea fons in eis milbi. de me enim ille scripsit. **A**ctuum 10. **H**ic omnes prophete testimonium perhibent. Quia ergo erat famulus ideo erat non in domo propria sed in aliena. **E**t quia ea que dicebat erant in testimonio eo quod quando erant de christo. ideo moyse omninoque minor est christo. **H**einde cum dicit. **C**hristus vero tecum ostendit quid conuenientiam christi. quia scilicet christus non est sicut seruus: sed sicut filius in domo patrius et per consequens sua. quia heres naturalis. supra. 1. **N**uem contigit heredem vniuersorum tecum. **E**ccliesia enim est domus christi. proverbi. 14. **S**apiens mulier edificat domum. p̄. **D**ominus dixit ad me filius meus es tu tecum. **M**atth. 3. **F**ilius meus dilectus tecum. **E**t ergo non seruus sed filius et in domo sua. sed moyse est seruus in domo aliena. **J**ohannis. 8. **F**ilius manet in eternum. **H**einde cum dicit: Que dominus tecum. Ostendit quod ista dominus sit sua et quod sit. **I**sta enim dominus sunt fideles et sunt dominus christi. quod credunt in christum. 1. timoth. 3. In domo dei que est ecclesia. **E**t etiam quia christus habitat in ipsis. **Philippi. 3. H**abitare Christum per fidem in cordibus vestris. **D**ec ergo dominus. scilicet nos fideles sumus. **A**d hoc autem quod simus dominus dei quattuor requiruntur circa dominum que non sunt in tabernaculo. **E**t ista tangit apostolus. **P**rimo quod spes nostra et fides sit certa et permanens. tabernaculum autem et si sit firmum tamē cito moueri potest. **E**t significat illos qui ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt. **E**t ideo dicit: Si retineamus fiduciam. dictum est supra quod fiducia est spes cum expectacione firma opinione. 2. corintioꝝ 3. **F**iduciam talen habemus per christum ad deum. Secundo quod sit ordinare disposita. **E**t ideo dicit: Spes gloriarum. id est ad gloriam dei ordinata. ita quod contemptis alijs gloriemur in spe glorie. **J**eremi. 9. In hoc glorietur qui gloriatur scire et nosce me. Tertio quod sit perseverans. Unde dicit: Vix in fine Mar. 10. **Q**ui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Quarum si sit firma. ut scilicet nulla aduersitate moueat. Unde dicit: **F**irmam infra. 6. Configuramus ad tenendam propostam spem quam siē anchoram habemus anime tutam et firmam.

Lectio secunda.

Quia propter sicut dicit spiritus sanctus. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto. **E**b̄ temptauerunt me patres vestri

Explanatio sancti Thome

probauerunt et viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod offensus fui generationi huic: et dixi semper hi errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas: quibus iurauit in ira mea: si introibunt in requiem meam.

Supradicta probauit apostolus qd xps est maioris excellētē qd moyses: hic concludit qd magis est obediēndū christo. Et hoc facit propter auctoritatē proprie tā dāuid in p̄. 9. Ubi tria facit. qd p̄ponit auctoritatē qd cōtinet quādam exhortationē. Secundo exponit eam ibi. Vide te fratres tc. Tertio ex auctoritate et expositione arguit. 4. ca. ibi. Tineamus ergo fratres tc. Circa primū tria facit. Primo em̄ insinuat auctoritatē verbo et sequentiū. Secundo ponit exhortationē qd est in auctoritate ibi. Hoc die si vocē elius tc. Tertio ponit quandā similitudinem ibi. Sicut in exacerbationē tc. Auctoritas verborū est ex hoc qd non sunt prolatā humanā adiunctionē: sed a spiritu sancto. Unde dicit. Quia propter sicut dicit spiritus sanctus. Ipse autem verba veteris testamenti allegat prō nonō ne credatur qd tñ sint referenda ad vetus testamentum. immo etiā ad nouū et ad aliud temp⁹ referri debet. Et sunt verba spiritu sancti. qd vt dicitur. 2. Pe. 1. Nō humana voluntate allata est aliquando prophētia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti vel homines. Iosephī dāuid dicit. 2. reg. 23. de seipso. Spiritus domini locutus est per me. In hoc ergo obdedit auctoritatē ē veram. quia scilicet est a spiritu sancto contra manicheum. Deinde cū dicit. Vide si vocē tc. Prō monitione vbi facit tria. Primo em̄ describit tempis cū dicit: Hoc die. Secundo subdit beneficium ibi. Si vocem eius tc. Tertio subiungit monitionē suam ibi. Molite obdurare tc. Tempus est hodie scilicet tempus dei. Tempus em̄ legis veteris dicebatur nōr. quia erat temp⁹ vmbre. in fra. 10. Umbra em̄ habens lex futurorū bonorū. Sed temp⁹ nōi testamenti. quia repellit vmbram noctis legis dicitur dies Bo. 13. Abūcliam opera tenebrarū et in diuina arma lucis tc. Et in hac die exhibetur nobis beneficium. quia audimus vocē eius quod nō erat in veteri testamento in quo audiebantur tñi verba prophētarū. supra. 1. Num deus loquens patribus in propria. tis. nouissime vero diebus istis locutus est nobis in filio tc. Isa. 52. Propter hoc scierit populus meus nōmē meū in die illa. qd ego ipse qui loquebar ecce adsum. Cantico. 2. Sonet vox tua in aurib⁹ meis tc. In hoc enim exhibetur nobis beneficium tantū desideratum. Luce. 19. In hac die tua que ad pacē tibi tc. Si ergo tñ beneficium ecce monito. Molite obdurare corda vestra. Cor durum sonat in malum. Durum est qd non cedit sed resistit impellenti. Et sic dicitur cor hominis durū quando non cedit diuine iussioni. Eccl. 3. Cor durū male habebit in nouissimo. Bo. 2. Scđn duritiam tuā et cor tuū īpenitens thesaurizas tibi trā in die ire. Nec autē induratio ex duobus causatur. Ex uno quasi negatiue. scilicet ex deo non apponente gratia Bo. 9. Cuius vult deus miseretur et quē vult indurat. Ex alio vero positiue. et hoc modo in durat seipsum non obediendo deo et non aperiendo cor suum gratia Zacha. 7. Cor suum posuerunt ut adamantem ne audirent legeim et verbis que misit dius exercitū spiritu suo per manū prophetarū priorū. Molite ergo obdurare corda vestra. I. nolite corda claudere spūifico. act. 7. Nos semper spūificō īstatim. Qd sequētū post similitudēz cum dicit. Sicut in exacerbationē tc. Intentio autem apo-

stoli est ex factis priorū concludere per similitudēz suū propostū. quia vt dicitur Bo. 15. Quaecunq; scripta sūr ad nostrā doctrinā scripta sūnt. Facit autem duo circa hoc. quia primo proponit exemplū in generali ponendo culpam. Secundo in speciali ibi. Ubi temptauerunt me patres vestri tc. Ut autem sequamur expositionē apostoli oportet ponere in ista līa sensum qui cōueniat expositōi. Legim⁹ autem inter alia duas culpas filiorū israel grauisime punitas. Una fuit inobedientia qd habuerunt in facto exploratorū de quo Numeri. 13. 7. 14. Pro quo factō indignatus dñs voluit totū populu delere. Unde iuravit qd nullus intraret terrā promissionis exceptis duobus scilicet Aleph. et Josue. Istud autem vocat specialiter exacerbationē. quia licet per alia peccata offendissent deum tamē per illud exacerbabauerunt ipsum. quia sicut fructus acerbus qui opponitur maturo non est aptus ad cibum sicut tunc ira dei fuit inflexibilis. Baruch. 4. Exacerbasti eū qui fecit vos. Aliud peccatum fuit peccatum temptationis. Frequentē em̄ temptauerunt deū. quia quandoq; pro aqua. quandoq; pro carnibus. quandoq; vero p̄ pane ita qd decies temptauerunt ipsum. Posset autem aliquis putare qd idem esset peccatum. exacerbatio et temptationis. Ita qd veller apostolus dicere. Molite obdurare corda vestra sicut in exacerbationē que fuit in die temptationis. Sed hoc est contra expositionē apostoli. Sed dicendū est sic Molite obdurare corda vestra sicut in exacerbationē. et iterum sicut in die temptationis. ita qd sunt duo peccata. Una de p̄. Conuersi sunt et temptauerunt deū et sanctū israel exacerbabauerunt. Consequenter prosequitur culpas in speciali cum dicit. Ubi temptauerunt me patres vestri tc. Et circa hoc duo facit. quia primo ponit peccatum temptationis. Secundo peccatum exacerbationis ibi. Et dicit semper hīc tc. Circa primū tria facit. Primo em̄ ponit peccatum temptationis. Secundo ostendit elius grauitatem ibi. Probauerunt tc. Tertio ponit penā ibi. Propter qd of fensus fui. Dicit ergo Peccatum temptationis. quia sedē diem temptationis inquit in deserto. Temptare autem est experimentū sumere de re quam quis ignorat. Unde qd quis temptat deum procedit ex infidelitate. Sed sciēdū est qd aliquando aliquis temptat deum non cum intentione temptandi et experiendi. verūtamen se habet ad modū temptationis. Qui enīz vitetur re sua propter vitalitatem non temptat proprie. puta si aliquis fugiēs currat super equum suum et si temptat non tamē cum intentione temptandi. Sed quando ad nihil vtile est quod facit. tūc temptat. Item si aliquis exponat se alicui periculo compulsi necessitate sub spe diuinī auxiliū non temptat deum. Si autem sine aliqua necessitate tūc temptat deū. Et sic dicit ipse Mat. 4. Nō temptabis dominū dñm tuū. quia necessitas nulla erat qd mitteret se deorsum. Sic isti temptauerunt dominum. quia dubitauerunt de potestate dei clamantes contra moylen: ac si deus non posset eis dare cibum. Deinde ponitur grauitas culpe cū dicit: Probauerunt me tc. Quanto enīz aliqui maiora beneficia dei recipit et maiore certitudinē diuine potestate tanto grauius postmodum peccat. Isti vero viderunt signa et prodigia in terra egyp̄ti. apertione mari et alla miracula et tamen non cessauerunt. Unde numeri. 14. Homines qd viderūt maiestatē mā et signa qd feci in egyp̄to et in solitudine et temptauerunt me iam p̄ dece vices tc. Et ideo dicit probauerūt. id ē expiri voluerūt. et viderūt. id ē exp̄isitū opa mea. id ē effect⁹ qd non poterat esse nisi virtutis infinitē cēt ille qd opa faciebat. Et hoc totū nō vno die: sed 40. annis qd. s. māserūt ī defcto. qd semper habuerūt māna et colūnā ignis et nub. v. p̄bauerūt et videbūt me qd. s. ī nullo

in epistolam ad Hebreos III

defecti eis. Illud tamen quod dicit quadraginta annis fuit intentio
nem apostoli refertur ad priora: sed fuit intentione psalmi
miste refertur ad sequentia ut datur q[uod] offensus vel in-
fensus eis fuit quadraginta annis. Et sic habet Ira Ieronimi.
¶ Deinde cum dicit. Propter quod offensus
fui et ponit pena peccati et est duplex Ira scilicet offensus vel
proximum: et idem est propter quod id est propter peccatum
fui offensus id est indignatus non quod ira sit in deo nisi simi-
litudinarie quia puniri sicut iratus. De qua pena frequen-
ter habetur in Exodus et in libro numeroz. Sepe enim
prostrati sunt. Unde pime Coz. 10. agit de pena isti⁹ pec-
cati. Et proximus fui scilicet puniendo ipos. Quando enim
dominus subuenit bonis et puniit malos. tunc est propter ipsoz:
sed quando dissimulat peccata hominum propter pe-
nitentiam et dissimulat afflictione inforzum ut crescat
iporum meritum: tunc videtur esse longe. Job. 22. Rus-
bes latibulum eius nec nostra considerat et circa cardines
celi perambulat. Et proximus quantum ad diuinam mis-
ericordiam quia hoc ipsum qui puniri eos temporaliiter ma-
gnum misericordie signum est. ¶ Deinde cum dicit. Et
dixi et ponit peccatum exacerbationis. Et hoc patet per
hoc quod infra dicitur. Quibus autem iurauit non introi-
re tecum. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit culpam
Secundo subdit penam ibi. Quibus iurauit in ira mea
tecum. Culpam autem duplificem ponit. Una est in obstinati-
one in malo. Alija est in recessu a bono. Et istaz ponit ibi
Ipsi vero non cognoverunt vias meas. Dicit ergo F[abius] go-
sic fui eis primus scilicet puniendo eos: et dixi scilicet pulsione
eterna: hi errant corde semper. Deutero. 31. Semper co-
tentio egistis contra dominum. Terci. 13. Si potest ethica
opus mutare pellem suam et. Sic ergo uno modo aliquis ex-
cerbat deum quando obstinatus adhaeret malo. Alio mo-
do quando contemnit bonum. Unde dicit. Ipsi vero non
cognoveruerunt vias meas: hoc est non quantum ad sim-
plicem ignorantiam sed ad affectatam. Job. 21. Scienti
am viarum tuarum nolunt nos. ps. Soluit intelligere ut
bene ageret. Vel non cognoverunt id est non approbaue-
runt sicut dicit apostolus. 2. Thes. 2. Cognovit dominus
qui sunt ei⁹. Consequenter ostendit penam cum dicit
Quibus iurauit tecum. In qua vero ponit immobilitatem in
hoc et vult iuramenta firma. quando enim deus vel an-
gelus inueniuntur iurare signum est immobilitatis eius:
de quo iuratur. ps. Iurauit dominus et non penitebit eum
tecum. Verumtamen aliquando non iurat nisi sub condicione
quia scilicet non peniteat hec mala eueniens eis. Ponit etiam
q[uod] pena ista non est ad cominacionem sed magis ad exter-
minationem quia dicit in ira. ps. Domine neque in ira tua
corripias me. Iurauit ergo in ira si introibunt tecum. Cons-
tructio est descriuia ad modum irati qui truncat verba
sua. Et accipitur ly si pro non id est non introibunt in re-
quiem meam. Est autem triplex requies. Una est tem-
poralis. de qua Luc. 12. Habes multa bona reposita in
annos plurimos requiesce tecum. Secunda est requies consci-
entie. Eccl. 51. Modicum laborum et inueni requie mul-
tam. Tertia est requies glorie eternae. ps. In pace in id
ipsum dormiam et requiescam. Ipsi vero nec in terra pro-
missionis nec in requie fructus eternae introierunt.

Lectio tertia.

Tridete fratres ne forte sit in aliquo
vestrum cor malum incredulitas
discedendi a deo viuo. Sed adhor-
tamini vosmetipos per singulos

dies donec hodie cognominatur: ut non ob-
duretur quis ex vobis fallacia peccati. Par-
ticipes enim christi effecti sumus: si tamē in
itium substantiae eius usque ad finem firmius
retineamus: dum dicitur. Hodie si vocem eius
audieritis nolite obdurare corda vestra: que-
admodum in illa exacerbatione. Quidam enim
audientes exacerbauerunt: sed non vniuer-
si qui profecti sunt ab egypto per moysen.
Quibus autem infensus est quadraginta
annis: Nonne illis qui peccauerunt quoru[m]
cadavera prostrata sunt in deserto. Quibus
autem iurauit non introire in requiem ipsius:
nisi illis qui increduli fuerunt? Et videm
quia non potuerunt introire in requiem ipsius
propter incredulitatem.

Supradicta apostolus per auctoritatem psalmistae ostendit et
firmiter obediendum est christi. In auctoritate vero polu-
ti scilicet monitione culpam et penam hic exponit ista tria p[ro] ordinem. Primo facit hic. secundum ibi. Quidam enim.
et. Tertium ibi. Quibus autem iurauit tecum. In admoni-
tione vero sunt duo scilicet ipsa monitio. et ipsius monitionis
conditio. Unde ista duo exponit. Primo primum hic.
Secundo secundum ibi. Participes enim Christi tecum. In pri-
ma vero admonitione ad dono horatur scilicet ad sollicitam
considerationem. Secundo ad mutuam admonitionem ibi. Sed
adhortamur tecum. Dicit ergo. Adhorte tecum. Unusquisque enim
in se est considerare in quo statu sit. Gal. 6. Opus suu[m] p[ro]p-
bet unusquisque. Terci. 2. Vide vias tuas in coualle. Ad-
horte ergo fratres quantum ad quilibet in se quodlibet est pars
societas et vinculos madauit deo de primo suo. Eccl.
17. Adhorte. 1. p[ro]p[ter]e virus alium ne forte sit in aliquo ve-
stru[m] tecum. Quasi dicat. Multa inter vos sunt in statu perse-
cio tam[en] p[ro]pter fragilitatem et arbitrij libertatem posset esse
malum in aliquo virum. Job. 4. Ecce qui seruunt et non sunt
stabiles et in angelis suis reperit prauitatem: quanto ma-
gis hi qui habitant domos luteas et terrenu[m] habent fun-
damenta. Job. 6. Non ego duodecim vos elegi et vnu[m]
ex vobis diabolus es. Non ergo aliquis sit mihi sollicitus
de se sed etiam de quolibet sue societas. Sed quid? Ne sit
in aliquo vestrum cor malum incredulitas. Ecce malum
de quo loquitur apostolus scilicet cor incredulium. 1. non firmu[m]
in fide in quo constituit malitia antittere quod sicut bonu[m] am[us] me
in adherendo deo est pro te. Nihil autem adhuc deo bonu[m] est
scilicet est in fide: ita recedere deo est incredulitate est ma-
lum h[ab]es. Terci. 2. Dicito et vide istu[m] quod malum et amarum est reli-
quise te dominum. Et hoc dicit discedendi quod incredulitate
recedit a deo. Terci. 2. Ne vereliqrunt fonte aque viue-
te. Scilicet si inuenient istud malum in aliquo nunquam desperan-
dum est. Non sed magis dicit adhortari. 1. admoneri. Terci dicit
Sed adhortamini vosmetipos per singulos dies. 1. conti-
nue. 1. discutiendo p[ro]ficiam suu[m] et inducendo ad bonum: do-
nec hodie cognominatur. 1. donec durat p[ro]f[er]ta g[ra]tia quod est
totu[m] sicut virus dies. Job. 9. Ne oportet opa eius quod mis-
fit me donec dies est tecum. Et hoc iuste ut non obdureat quod ex vo-
bis fallacia peccati. Sicut enim supra dicitur. Cor obdura-
ratur p[ro]pter obstinationem in malo. Scilicet p[ro]bocaliqa firmiter in-
heret peccato quia fallit. Naturale enim est appetitum adhe-
rere bono: sed recedit a bono quia decipiatur. Prouer. 14.
Errat qui operantur malum. et Prouer. 13. sicut alia Ira. 3. Ase de

Explanatio sancti Thome

Iose errat i p̄tis. **Sap.** 5. Ergo errauim⁹ a via veritatis.
Consequenter cum dicit. **Participes** t̄c. Exponit cōditionem monitionis. Quia dicat. Ita conditio magis est efficax q̄ illa quia illuc tantum audierunt: nos autem participes facti sumus christi t̄c. Et loquitur proprie q̄ in veteri testamento erat tantum auditus nec conferebatur gratia ex opere operato: sed in novo testamento et est auditus fidei et datur gratia ipsi operanti. Unde sumus facti participes christi. **Joh.** 3mo. De plenitudine eius accepimus omnes t̄c. Sumus autem participes gratie Primo per susceptionem fidei. **Lphe.** 3. Habitare christum per fidem in cordibus veltris. Secundo per sacramenta fidei. **Gal.** 3. Quicunq; in christo baptizati estis xp̄m induitis. Tertio per participationem corpori xp̄i. p̄me **Cor.** 10. Panis quem frangimus, nonne participatio corporis domini est. Scindunt autem q̄ duplex est participatio christi. Una imperfecta que est per fidem et sacramenta. Alia vero perfecta que est per plenitatem et visionem rei: primam iam habemus in re: sed secundam in spe. Tamen cu hoc sp̄s haberet hanc conditionem sc̄s perseveram⁹. Unde dicit. Si tamen initium substantiae eius t̄c. Quicunq; enim in xp̄o baptizatur suscipit quādam nouam naturam et formatur quodammodo christus in ipso. **Gal.** 4. Filiali mei quos iterum parutio donec formetur in vobis xp̄s. Hoc quidem nobis vera perficieatur in patria: sed hic tantum initium: et hoc per fidem formatam quia informis mortua est. **Jac.** 2. Ades sine operibus mortua est. Unde ista non est nobis initium participationis xp̄i: sed fides formatas infra. 10. Est autem fides sperandarum substantias rerum id est fundamentum et quāsi initium. Dicit ergo. Sumus participes xp̄i: si tamen tenemus usq; in finem firmū initium substantie eius sc̄s fidem formatam. Sed contra videtur q̄ timor magis sit initium: quia, dicit ps. Initium sapientie timor dñi. Bespō deo dicendū est q̄ fides formatur per charitatem. Charitas autem non est sine timore casto. Et ideo fides forma semper habet timorem istum secum annexum. Unde et fides et timor sunt initium. Illud autem qd addit dum dicitur hodie t̄c. totum exposui ē. Deinde cum dicit. Quidam enim audientes t̄c. exponit qd dixerat hec uila illorum. Quasi dicat. Vos estis effecti participes xp̄i: si non obduraueritis corda vestra: sicut illi qui audierunt sed exacerbauerūt non tamen omnes. Duo enim sc̄s casleph et iose permanerūt ut habeat numeri. 14. Et alios etiam confortabant. Et per hoc datur intelligi q̄ q̄uis nō tota ecclēsia cadat: sed tantū aliqui q̄ mībilimis nūs mali punientur sicut in istis duob; tertii Regi. 19. Beliq; mihi, septē mīlla viroꝝ q̄ nō curauerūt genia sua baal. **No.** 11. Beliq; fū electionē dei salui fieret. Deinde cu dicit. Quib; aut̄ t̄c. exponit illud qd dixerat de pena. Et primo illud qd dixerat offensus fui. Secundo illud qd dixerat. Irruit in ira. t̄c. Quib; autem iurauit t̄c. Dicit ergo. quibus autem t̄c. Ex quo patet q̄ illud qd supra dixit quadraginta annis referat ad illud offensus fui. Unde dicit q̄ fuit eis offensus per illos quadraginta annos. Unde scindunt est q̄ omnes qui egressi sūr de egypto mortui sunt in deserto sicut dicitur **Josue.** 5. Nō ramen omnes prostrati sunt sed aliq; vel a deo sicut q̄ aperata ē terra et deglutiuit datan et ahiron: sicut dicit in ps. Et de hoc habetur numeri. 16. Aliquivero prostrati sunt a moysi sicut patet in conflatiōe vituli: sicut patet **Ego.** 22. Aliqui vero ab hostiis: sicut patet in pluribus locis. Et ista sans habentur. p̄me **Cor.** 10. Aliqui vero morte propria mortui sunt. H̄o ergo omnes prostrati sunt. Unde nō fuit pena generalis: sed pena generalis fuit q̄

nullus p̄ter illos duos qui dicti sunt intollerunt terrans promissionis. Et de ista dicit. Quibus autem iurauit id est firmiter statuit non introire in requiem nisi illis sc̄s q̄ fuerunt increduli verbis exploratorum. Unde patet q̄ propter incredulitatem non poterunt intrare. et propter hoc dicit q̄ experti sunt q̄ ppter incredulitatem suam non poterunt intrare. Ne videmus nos sc̄s penam illā generalem que dicta ē.

Capitulū quartum.

Timeamus ergo: ne forte relictā pollicitatiōe introēdi in requiē eius existimet aliquis ex nobis deesse. Etenim et nobis nūciatū est quemadmodum et illis: sed nō profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex his que audierunt. Ingrediemur enim i requiē qui credidimus quemadmodum dixit. Sicut iurauit in ira mea. si introibunt in requiem meam. Et quidem operibus ab institutione mūdi perfectis: dixit enī in quodaz loco de die septima sic. Et requieuit deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam: et hi quibus prioribus annunciatum est: non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diē quendam hodie in dauid dicendo post tantū tēporis sicut supra dictum est. Hodie si vocez eius audieritis nolite obdurare corda v̄fa: Nam si eis iesus requiem prestisset: nūq̄ de alia loqueretur post hac die. Premisit supra apostolus auctoritatem: dauid et exposuit: nūc autē arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo. Prīmo enim inducit sollicitudinem introēdi. Secundo monet q̄ ppteremus ingredi ibi. Festinemus ergo ingredi. Et circa primum duo facit. Prīmo enim incit sollicitudinem timoris. Secundo ostendit q̄ de hoc debet sollicitudo imminere ibi. Etenim nobis t̄c. Dicit ergo: dictum ē q̄ infensus est illis qui non crediderunt et iurauit q̄ nō introibūt in requiem eius ergo et nos timeam⁹ sc̄s timore casto et sollicitudinis. **Proner.** 28. Beatus ho mo qui semper ē pauidus. Sed quid timere debemus? Ne forte t̄c. Beatis enim sive felicitas in hoc consistit ut homo ingrediatur illa. **Lob.** 13. Beatus ero si fu erint reliquie feminis mei ad videndum claritatem hies rusalem. **Infra.** 12. Contemplantes ne forte quis deſte gratie dei. Quia v̄ dicit **Abylostomus.** Māior est pena damnatis de hoc q̄ sunt exclusi a visione dei q̄ alie pene: quas habent. Et dicit. Existimet scilicet diuino iudicio. **Mattb.** 25. Ite maledicti in ignē eternū t̄c. Ne existimetur fū humanam opinionē. **Ephe.** 5. Hoc scitote intelligentes q̄ omnis fornicator aut immundus aut auarus quod ē ydolorum seruitus non habet hereditatem in regno christi et dei. Timendum est

in epistolam ad Hebreos III

ergo ne aliquis ex vobis existimat deesse: quia vobis facta est promissio intrandi. **Esa.** 32. **Sed**ebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie in reque opulenta. **Apocalip.** 14. **U**modi iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. **T**imendum est ergo ne propter culpam nostram non ingrediamur relicta pollicitatione id est promissione quā relinquimus deserto spem fidem et charitatem per quam possumus introire. **E** hoc fit per peccatum mortale. **C**onsequenter cum dicit. **E**t enim nobis hoc nunciatur est tc. ostēdit qd nobis imminet ista sollicitudo. **E**t circa hoc facit duo. **P**rimo enim proponit intentionem suam. **S**ecundo probat eam ibi. **I**ngridiemur enim tc. **C**irca pmūz duo facit: quia primo ostendit qd nobis facta est ista promissio. **S**ecundo qd ista promissio non iussit ibi. **N**ō profuit tc. **D**icit ergo. **E**t enim tc. id est nobis promissum est. **A**nde sciendum est qd illa que in veteri testamento promissa sunt temporaliter intelligēda sunt spiritualiter. **O**mnia enim in figura contingebant illis. **pme Corin.** 10. et **Roma.** 15. **Q**ue cunḡ scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. **D**einde cum dicit. **S**ed non profuit tc. ostendit qd non sufficit promissio quin nihilominus debeam̄ esse solliciti. **A**nde dicit qd sermo audit⁹ et non creditus in nullo eis profuit. **N**ō enim auditores legis iustificabuntur sed factores. **Roma.** 2. **E**t dicit. **N**ō admixtus fidei quia sicut ex intellectu et intellectu fit vnu ita ex corde creditis et ipa fide formata fit vnu. **pme Cox.** 6. **Q**ui adheret deo vnu spiritus est. **I**llud autē qd dicit ex his que audierunt potest esse ratio quare sermo non est admixtus fidei. **H**oc enim fuit ex his que audierunt ab exploratoribus quibus fuerunt increduli. **V**el potest esse determinatio fidei. que debet esse ex his que audierunt. **F**ides enim ex auditu. **Roma.** 10. **V**erba enim dei sic sunt efficacia qd statim audit⁹ debent eē credita. ps. **T**estimonia tua credibilis facta sunt nimis. **D**einde cum dicit. **I**ngridiemur enim tc. probat propositum. et circa hoc facit tria. **P**rimo enim ostendit qd nobis est necessarium credere sicut et illis. **S**ecundo adducit duas auctoritates ad probandum intentum suum ibi. **E**t quidem operibus tc. **T**ertius ex illis arguit ibi. **Q**uoniam ergo superest tc. **D**icit ergo. **N**obis factus est sermo sicut et illis quia ingrediemur in illam requiem. ps. In pace in idipsum dormiam⁹ et requiescam⁹ **Job.** 11. **R**equiesces et nō eris qui te exterrat. tc. **E**st autem duplex requies. **U**na in bonis exteriorib⁹ et ad istā egreditur homo a requie mentis. **A**lia est in bonis spiritua libus que est intima: et ad istam ingreditur. **Matth.** 25. **I**ntra in gaudium domini tui **Lanti.** pmo. **I**ntroduxit me rex ī cellaria sua. **D**einde ponit auctoritatē. **S**icut turavi tc. et hoc expositum est. **D**einde cum dicit. **E**t quidem operibus tc. ponit duas auctoritates. **A**nat legis que habetur **Genes.** 2. **V**iam que frequenter possit ea est que habetur in ps. **D**icit ergo quantum ad primū: et quidem operibus ab institutione huius mundi perfectis dixit tc. **H**oc potest legi dupliciter. **U**no modo qd non sit ibi enim: sed dixit in quodam loco tc. **E**t est plazmor littera ut sit sensus. **N**ico qd ingrediemur in requiem que prefigurata est ab institutione mundi de qua requie prefigurata per diem septimam dixit scilicet spiritus sanctus qui loquitur in scriptura quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. scđe **Def.** pmo. In quodam loco famoso scilicet **Genes.** 2. de die septima. **E**t sic requieuit deus ab operibus suis. **O**peribus inq ab institutione mundi perfectis. **V**el dixit spiritus sanctus in quodam loco de die septima: et hoc dixit postq

narrauerat opera sex dierum perfectis ab institutō mundi. **S**i vero sit ibi. **D**icit enim sic est defectua cōstructio et est sensus. **N**unciatur est nobis qd ingrediemur et hoc operibus ab institutione mundi perfectis: sed quando et quomodo nunciatur est quia dixit in quodam loco tc. **D**icit autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum qui fuerunt perfecta. **D**icit vero ab institutione mundi: quia primo constitutus est mundus: et post sex dies distincte perfectus ē in singulis partibus suis. **D**e distinctione autem istorum dierū diuersimode loquuntur sancti. **A**ller enim accipit eos Augustinus ab alijs sanctis: sicut patet prima parte summe qdne. 74. artis culo secundū et tertio. **T**amen quōcunq; dicitur manifestum est qd opera illa perfecta fuerunt. **E**t enim in ipsis duplex perfectio. **U**na fm partes mundi que sunt celus et quatuor elementa. **E**t hec attenditur penes easq; essentias. sicut habet in pma parte summe qdne. **vbi supra.** **E**t hoc fuit per opus creationis qd fuit prima die. **E**t per opus distinctionis qd fuit secunda et tercia die. **E**t in hoc concordat Augu. cum alijs. **V**illa perfectio ē fm singulas partes. **E**t hec perfectio pertinet ad opus ornatū. **E**t iste ornatū quantum ad superiora fuit quarta die. quan tum ad medium scilicet acrem et aquam quinta die quārum vero ad terram que ē insimum elementum fuit sexta die. **I**sta perfectio conuenit numero senario qui confurgit ex suis partibus aliquotib⁹ simul sumptis que sunt vnum duo et tria. quia sexies vnum sunt sex. similiter terbis. et bis ter. et vnum duo tria sunt sex. quia ergo senariū ē primus numerus perfectus. quia licet ternarius contuerat aliqualiter his que dicta sunt quia ter vnum tria sunt. et vnu et duo tria sunt. tñ bis vnu nō faciunt tria: sibi semel duo nō faciunt tria sed tri duos. **J**o p ipsū senariū designatur perfectio rerum. Post perfectionem vero pmittitur quies que nulli datur nisi operanti. **E**t sic in septima die qua mutatus ē stat⁹ mundi sicut in qualibet alia erat quedam variatio. **A**nde in ipsū incepit status propriatis propter quod et cōnumeratur alijs. ideo in septima mundi ē status quiescentium. **S**edm aug. tamen ista septima dies nihil aliud est qd cognitio angelica relata ad quietem dei ab operibus. **S**ed contra si quieuit die se pma quis ergo fecit eam si non est opus dei. **P**reterea Job. 5. **P**ater meus vñq modo operatur et ego operor. **R**espondeo est dicendum qd accipitur ibi quies non fm et opponitur labor: sed fm qd opponitur mortu. **D**eus enim et si producendo non moneatur: tamen quia de ipso non loquimur nisi per sensibilia in quibus non ē operatio sine motu: video omnis operatio large loquendo dicitur mortu: et sic dicit quieuisse quia cessauit nouas species producerere: quia illa que posita facta sunt fuerunt in illis rebus tunc productis. **V**el fm virtutem actiuam ē eut in animalib⁹ perfectis vel fm rōnes semifinales. **V**el fm materiam sicut mineralia. **I**deo tunc non fuit mortuus suscitatus. **S**ed fuit factum corpus quod posset sustenari. **Q**uandam autem fuerunt tunc fm similitudinem vt anime rationales que tātu⁹ sunt a deo. **S**ic ergo requieuit deus ab operibus producendis quia omnia aliquo modo processerunt ut dictum estramen vñq modo operatur conseruando et gubernando que condidit. **E**t sic septimā diem deus fecit sic ut quilibet aliam: quia tunc fuit aliquid additum: quia tunc incepit stat⁹ propagatio. **N**uelibet autē additio variabit stat⁹ mundi ut dia crum ē et faciebat vnum diem. **V**el fm ang. nō dicit simpliciter requieuit sibi requieuit ab operib⁹ suis. **A**b eterno enim requieuit in seipso: sed tunc etiam requieuit non in operibus sed ab operib⁹ **A**ller enim operatur deus

Explanatio sancti Thome

¶ quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter industria-
gentiam suam sicut dominicator facit dominum ut in ipsa
quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucru^m. Unde desideratum cuiuslibet artificis quietatur in opere
suo. Sed non sic est de deo quia non agit propter ins-
digentiam suam sed propter bonitatem communicandam.
Unde non quiescit in opere sed in opere producendo et
quiescit tantum in sua bonitate. Consequenter autem
ponit auctoritatem dauid que iam exposta est. Et se-
quenter ei dicit. Quo ergo superest regnum arguit ex pre-
missis. Et circa hoc facit duo. Primo enim accipit sen-
sum secunde auctoritatis illius. Si voce eius audierit regnum.
Secundo arguit ex primo ibi. Itaq; relinquitur regnum.
Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a secunda
auctoritate. Secundo ostendit quod hec duo intelliguntur
in ipso ibi. Nam si eis iesus regnum. Accipit ergo duo quo-
rum unum per se manifestum est scilicet quod antiqui patres
non introierunt. Aliud est quod tempore dauid adhuc refta-
bat alia quies prestanta. Terci enim ipsi fuisset missa
requies prestanta in terra promissionis: ramen per hoc
quod post longum tempus dicit. Hodie si vocem regnum ostendit
et alia requies restat. Alter enim non faciet mentionem
de requie dicens: hodie regnum. Est ergo quedam requies in qua
nobis intrandum est in quam illi non intrauerunt propter in-
credulitatem. Et ideo quoniam illi non intrauerunt: restat
ergo quosdam intrare quibus missio facta est: quia his
quibus prius nunciatum est non introierunt iesi iudei qui-
bus missio facta est: et ideo terminat id determinat nobis
diem septimam id est diem gratiae dicendo in dauid. Hos
dies si vocem regnum. Et repetit auctoritatem que deposita est.
Sciendum est autem quod deus homini preparauit beatitudinem
pro requie nec vult istam preparationem esse fru-
stra: sed si unus non intrabit: alius intrabit: sicut ostendit
in illa parabola de nuptiis. Mat. 22. Unde Apo. 3. Te-
ne quod habes ut nemo accipiat coronam tuam. Quasi dicat.
Si tu non accipias alius habebit. Job. 34. Ceteret mul-
tos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis. Deinde
de cum dicit. Nam si eis iesus regnum. pbar quod suscepit alios in
trare: quod si iesus naue iofue filii israel finaliter requiem
fuerit non imineret nobis alia requies nec de aliquo
profeta dauid loqueretur post illum diem. An manife-
festum est quod illa requies fuit signum requiei spiritualis.

Lectio secunda.

Itaq; relinquit sabbatum populo
dei. Qui enim ingressus est requie ei?
etiam ipse requieuit ab operibus suis
sicut et a suis deo. Festinem ergo ingredi in
illam requiem ut ne in id ipsum quis incidat:
incredulitatis exemplum. Vnuus enim sermo
dei et efficac et penetrabilior omni gladio an-
cipiti: et pertingens usque ad divisionem anime
ad spus: compagum quoque ac medullam et di-
scretor cognitionem et intentionem cordis. Et
non est ylla creatura inuisibilis in cōspectu
eius: oia autem nuda et aperta sunt oculis eius
ad quem nobis sermo.
Supra apostolas duas auctoritates assumpit. unam de scbo

¶ Ben. Aliaz vero de ps. et conclusit intentionem suam ex se-
cunda auctoritate scbo. ps. hic concludit idem ex prima. Et
circa hoc facit duo. Primo enim ponit conclusionem. Secun-
do ponit rationem hinc ibi. Qui enim ingressus est regnum. Cir-
ca primus sciendum est quod apostolus in se omnium istorum ver-
borum facit mentionem de triplici requie. Prima est requie
dei ab operibus suis. Secunda est requies temporalis
qua habuerunt filii israel in terra promissionis. Tertia
est requies eterna que per istas duas designat. Sed apo-
stolus hic ante quod facit mentionem de requie eterna die
et post terrenam adhuc remanet sabbatum qui in ves-
teri legi sabbatum representabat scbo post requiem terrenam.
Esa. 58. Vocaberis sabbatum delicatum et sanctum domini.
Esa. 66. Erit mens ex mense et sabbatu ex sabbato id est
requies perpetua. Et dicit sabbatum quia sicut in veteri
lege sabbatum representabat requiem dei ab operibus suis
is: de qua dicit Ben. 2. ita illa requies erit sacerdotum ab
operibus suis. Apocal. 14. Amodo iam dicit spus ut re-
quiescant a laboribus suis. Unde subdit. Qui enim in-
gressus est regnum eius sicut deus sex diebus operatus est et se-
prima requieuit: ita per sex dies presens tempus propter
perfectum numerus significatur. Qui ergo perfecte ope-
ratur in septima requieuit ab operibus suis sicut et a ius-
tis Christi: non aut a quibuscumque operibus: quia sunt ibi que
dam opera perpetua: videlicet amare et laudare. Apo.
4. Non habebant requies nocte ac die dientia sanctus
sanctus: sanctus regnum. Sed ab operibus laboriosum. Esa.
40. Qui sperant in domino mirabitur fortitudinem: assu-
ment penas ut aquile current et non laborabunt: ambula-
bunt et non deficit. Deinde cum dicit. Festinem ergo
ingredi regnum. Inducit ad festinationem. Et circa hoc facit duo.
Primo enim ponit rationem. Secundo subdit rationem de in-
troitu illius requie ibi. Unus enim est sermio dei regnum. Et
circa primum duo facit. Primo enim monet ad festinandum.
Secundo ostendit tardantis periculum ibi. Ut ne in idem
regnum regnum. Dicit ergo. Quia igitur relinquit sabbatum regnum.
Festinem ergo ingredi in illam requiem. Et signan-
ter dicit ingredi: quia non est in bonis exterioribus ad que
egressus: sed est in bonis interioribus. Ego. 15. Introdu-
ces eos et plantabis regnum. Mat. 25. Intrare in gaudium domi-
nati. Et ergo multiplex ratio quare festinandum est in-
trare. Una est quia longinquia est via Prover. 7. Abiit via
longissima. Luc. 19. Homo quidam nobilis abiit in re-
gionem longinquam. Dicitur autem longinquus propter
distantiam status: quia ibidem plenitudo omnis boni et
immunitas ab omni malo. Est etiam desideranti perfe-
cta visio et intentio: hic autem sunt omnia contraria istis.
Item festinandum est quia tempus est valde breve. Job.
14. Breves dies hominis sunt. Item quia istud tempus
cum hoc est breve et modicum est etiam incertum. Eccles.
9. Rescit homo finem suum. Item propter urgentem voca-
tionem. Interior enim vocatio urget nos per stimulū
charitatis. Esa. 59. Cum venerit quasi filius violen-
tus quem spiritus domini cogit regnum. scilicet Apo. 5. Charis
est ebriosi virgines nos. ps. Viam mandatorum tuorum
cucurri. Item propter periculum tardantis: sicut patet
de fatis virginibus. Matth. 25. Que tarde venientes
intrare non potuerunt. Et ideo dicit. Ut ne in idem.
Et quasi dicat. Antiqui non potuerunt ingredi pro-
pter incredulitatem. Unde caueamus alterne culpe exem-
pli: ne simus increduli: et exemplo penitus scimus non exclu-
damur sicut ipsi. Luce primo. Abiit in montana cum festi-
natione. Ad hoc enim ostendunt nobis preterite pene
alio ut caueamus. Proverb. 19. Pudente flagellato
stultus sapientior erit. Hoc. Deinde est nisi caueatis. Et

in epistolam ad Hebreos III

hoc videtur. **I**lle qui nō corrigit punitione alteri⁹: grauius punietur. Sed contra quia iam peccatum ade qui non peccauit exemplo alterius esset minus graue. Respondeo dicendum est q̄ semper iste locutiones intelligentes sunt ceteris paribus. Contingit enim duis peccata in se considerata nō esse unum gēnū altero: tamē propter aliquam circumstantiam aduenientē aggrauatur vñū t̄ nō aliud. sicut duo adulteria de se equalita sunt: tamē illud qđ est ex certa malitia grauius ē q̄ illud qđ ē ex passione vel infirmitate. Et similiter verbum ociosum grauius ē quando sit ex certa malitia. Deinde cum dicit. Alius est enim sermo dei tc. ponit rōnem predicere monitiōnē t̄ p̄cipue quantū ad periculum. Hoc autem ratio sumit ex parte christi. In ipso autem ē duplex natura. Una sc̄z diuina fīm quam ē verbum patris. Alia est humana fīm quā est pontifex offerens se in cruce. Primo ergo ponit rōnem sumptam ex parte diuinitatis. Secundo rōnem sumptam ex parte humanitatis ibi. habentes igit̄ pontificis tc. De filio autem dei dicit tria. Primo enī assūgnat eius virtutem. Secundo eius cognitionem ibi. Et discreto cogitationē. Tertio eius auctoritatem ibi. Ad quem nobis sermo tc. Virtutem eius ostendit tripliciter: Primo quantū ad naturam. Secundo quantū ad potestatēm ibi. Et efficaciam. Tertio quantū ad operationē ibi. Et penetrabiliorē tc. Dicit ergo Alius est sermo dei tc. Ita littera de se videtur habere difficultatem tamē considerando aliam translationem planior est. Abi enim nos habem⁹ sermo: in greco habetur logos qđ est id est quod verbum. Unde sermo id ē verbum. Et sic etiam expone Aug⁹ illud. Joh. 12. Sermo quē locutus sum id est ego ipse qui sum verbum. Sap⁹. 18. Omnipotens sermo tuus domine exiliens de celo a regalibus sedibus vent⁹ tc. Et similiter hic sermo dei ē vienus id est verbū dei vñū. Verbum enim dei ab eterno conceptu in paterno intellectu ē verbū primordiale. de quo Eccl. primo vicit. Fons sapientie verbum dei in excelsis. Et quia est primordiale id ab ipso derivantur omnia alia verba que nihil aliud sunt q̄ quedam conceptiones exposte in mente angeli vñ noſtra. Unde illud verbum ē expressio omnium verborū quā si fons quidam. Et illa que dicuntur de illo verbo quodammodo aptantur ad alia verba sī modum. De illo autē dicit q̄ est vienus. Dicitur autem res viua q̄ diu haber motū t̄ operationem suam. Sicut enim fons icatur ens dicitur vienus: sic et verbum illud qđ habet ppetuum vigorēm. ps. In eternum domine verbum tuū permanet ī celo. Joh. 5. Sicut enim pater habet vitā ī se metipso sic debet et filio vitam habere in semetipso. Ad pōt̄ referri ad humānā naturam. Est enim vienus lucet ab alijs reputetur mortuus. Apoc. primo. Si mortu⁹ et ecce suz viuens in secula seculorum. Similiter etiam sermo scripturæ est vienus t̄ indeficiens. Roma. 9. Non autē q̄ excide rit verbum dei. Consequenter cum dicit. Et efficaciam ostendit eius potestatē. Dicitur autem verbum efficaciam ppter maximā virtutem t̄ infinitam vim effectuam quā habet. Per ipsum enim facta sunt omnia. Joh. pmo. t̄ ps. Verbo domini celi firmati sunt. Item ē efficaciam quia ex ipso omnia verba prolatā a deo mediante angelo vel homine efficaciam habent. Eccl. 8. Sermo illius p̄tate plenus ē. Isa. 55. Verbum qđ egreditur de ore meo nō renveretur ad me vacū sed faciet quodcumq; volū tc. Deinde cum dicit. Et penetrabiliorē tc. ostendit eius operationem. Et circa hoc facit duo. Primo ponit eius operationem. Secundo exponit ibi. Et pertingens tc. Dicit ergo. Et penetrabiliorē. Illud proprie dicit penetrare qđ ingreditur p̄funda rei. Hoc autem pōt̄ esse dupliciter. Uno mō q̄ operatur in intimis rei. Isa. 26. Omnia enim opera no-

stra operat⁹ es in nobis. Alio mō quia cognoscit intimam rei. Joh. 2. Opus ei non erat vt quis testimoniū perh̄ beret de homine: p̄tē enim sciebat quid esset in homine. Eccl. 24. Penetrabo inferiores partes terre. Operat⁹ enim deī cognitio pertingit t̄ penetrat intimam rei. Tū dicit. Omni gladio aſcipi. Inter omnia enim gladius ans̄cepſ: qui sc̄z est acutus ex duab⁹ eius partibus. Et ideo quia verbū dei acutum ē ad operandū t̄ ad cognoscendū ideo cōparat⁹ gladio aſcipi. Ephe. 6. Et gladium sp̄us quod ē verbū dei. Isa. 27. In illa die visitabit dominus in gladio suo duro t̄ grandi fortis tc. Vnde dicitur aſcepſ q̄ haber aciem ad bona p̄mouenda t̄ māt̄ la deſtructa. Apoc. pmo. Ex ore ipius pcedebat gladius ex vtrāq; parte acutus. In ordine enī caſarum vis demus q̄ semp̄ causa prior intiuim⁹ operat⁹ q̄ causa posterior. Unde illud qđ natura producit ē intiuimus q̄ illud qđ producitur per artē. Quia ergo deus ē prima cauſa simpliciter: video eius operatione pdicuit illud qđ ē intiuimissimum ip̄i rei sc̄z ē eius. Consequenter cum dicit. Et pertingens tc. manifestat qđ dixerat de operatione. Et circa hoc facit duo: quia primo ostendit hoc quantū ad spūlā. Secundo quantū ad corporalia ibi. Compasum quoq; t̄ modularum: sī enim aplū tria sunt ī homine sc̄z corp⁹: alia t̄ sp̄us. 1. Thes. 5. Integer sp̄us vester alia t̄ corpus tc. Quid enim sit corpus notuſ ē. Alia autē ē quod dat corpori vitam. Sp̄us vero ī rebus corporalib⁹ dicit qđ subtile: t̄ ide significat subtilitas immaterialis. Isa. 31. Egyptus homo t̄ non deus t̄ equi eorum caro t̄ nō sp̄us. Spiritus ergo ī nobis dicit illud per qđ cōcamus cum substantijs spūlibus. Anima vero illud per qđ cōcamus cum brutis. Et sic sp̄us ē mens humana sc̄z intellect⁹ t̄ voluntas. De hoc autē dicunt alio q̄ in nobis sunt diuerse aīe. Una sc̄z q̄ p̄ficit t̄ vivificat corp⁹: t̄ ista dicit alia p̄prie. Alia vero ē sp̄us quo intellegim⁹. Et iō ista duo magis dicunt substantię q̄ anime. Hoc autē dānatis ē ī libro de ecclasticis dogmatib⁹. Et ideo dicendum ē q̄ vna t̄ radem ē essentia ale p̄ essentiām suā vivificat corpus: t̄ per potentiam suam que dicit intellectus ē p̄cipiū intelligendi. Et per istam intelligit eternam: qđ quo sit sic pater. Aldem⁹ enī q̄ quāt̄ forma ē pfectio: tanto opatio eius min⁹ subdit̄ materie sicut p̄t̄ q̄ forme elementorum q̄ sit impfectissime nō extenduntur ultra materiā. Quā ergo anima inter om̄is formas sit nobilissima op̄t̄: t̄ habeat aliquā opationem t̄ p̄cipue aīa rōnalis que oīno excedit potentiam materie. Et istam opatiōnē vocam⁹ intelligere ad quā sequit⁹s inclinatio sc̄z velle. Et autē triplex dīa inter opatiōnes ḡie ita q̄ alia dicat ad quā p̄nit̄ potestib⁹ quib⁹ alia opat̄ cum corpore. Ad sp̄us vero ille qui opat̄ sine corpore. H̄is autē dīa inter istas potentias t̄ opatiōnes ab ip̄is procedentes ē ip̄ius rōnis ad sensibilitatem q̄ est potentia p̄ quāz opatur cum corpore: qđ rō ap̄bendit imaterialia: sensuāt̄s vero materialia t̄ sensibilitas. Sēcunda differentia est partis sensuāt̄s: qđ alii statim t̄ ordinem habet sensuāt̄s fīm q̄ tendit in proprium obiectum suum ex natura sua: t̄ alium fīm q̄ regulatur a ratione. Ipa enī concupiscibilis aliter consideratur vt est vis quedam ī ordine ad obiectum suum: et aliter vt p̄cipiat ratione. Tertia differentia ē partium ipsius rōnis fīm diuersa obiecta ipsius quia vel tendit ī deum: t̄ hoc ē supremum ī ip̄a: vel ī effectus spirituales vel ī effectus temporales. Om̄is autē istas diuisiones t̄ differentias op̄ratur et discernit verbum dei sc̄z quomodo sensualitas distinguat̄ a rōne. Differentiaz etiā ipsius sensualitatis ī servitiam etiam partium rationis et quid proueniat

Explanatio sancti Thome

In anima ex consideratione spiritualium et terrenorum. Consequenter cum dicit. Compagum quoque et medularum te declarat illud quod dixerat de operatione dei et quantum ad temporalia. Scinditur est autem quod aliquid non potest penetrare pertingere ad aliquid propter duo. Unum est propter colligationem. Aliud autem est propter inclusionem. Neutrū istorum potest impedire verbi dei. In nobis quidem sunt quedam colligationes scilicet nervorum et arteriarum. Quedam etiam sunt valde inclusa et occulta sicut medullae que in ossibus includuntur. Omnia autem ista diuino prospectui manifesta sunt et subdita. Et ideo nihil est ei difficile ad penetrandum. Vel per compages potest intelligi coniunctio que est inter partes anime ad inuitem ut inter animam et spiritum. Quasi dicat. Non solum pertinet ad cognoscendum differentiam et divisionem anime et spiritus: sed etiam ad cognoscendum quomodo coiunguntur. Cognoscit enim quomodo sensu et qualitate regitur ratione. Medulla autem potest intelligi illud quod latet in ratione et sensualitate. Mat. 10. Item eum qui potest et animam et corpus mittere in gehennam. Deinde cum dicit. Et discretor cogitationum tecum agit de cognitione verbi. Et circa hoc facit duo. Primo enim ostendit quod oia subducit cognitioni eius. Secundo ostendit quonodo cognoscit ibi. Omnia autem nuda tecum. Ex duabus autem contingit quod aliquid non cognoscatur. Ista autem quia est intra aliquid occultatum. Et sic maxime sunt occulta quae latent in corde quia ipsa est valde profundum et inscrutabile. Jere. 7. Praecepit enim cor hominis et inservit. Secundum vero septuaginta interpretes habet sic. Profundum est cor hominis tecum. In corde vero latentes cogitationes. Itas autem cognoscit verbum dei. Isa. pmo. Quis erit malum cogitationum vestrum ab oculis meis. Ideo quantum ad hoc dicit discretor cogitationum. Alio modo non cognoscitur aliquid quod est oīno ignotum et inuisibile: et sic ea que sunt in voluntate sunt ignorata. In voluntate autem est ipsa intentio finis que de natura sua est inuisibilis. Quid enim homo facit vel cogitat manifestatur per opus. Sed qua intentione hoc faciat penitus est incertus. Ita autem non sunt occulta deo. ps. Scrutans corda et resnes id est cogitationes et intentiones. Scinditur est autem quod illud quod dicit penetrans referri potest ad operationes vel dictum est. At sic differunt penetrans et discretor. Si autem referatur ad cognitionem tunc quod hic dicit. Et discretor est expositio illius. Quasi dicat. Tu dicas quod est penetrabilior. Verum est quia est etiam discretor compagum et medullarum id est cogitationum et intentionis. Compages enim dicunt quedam colligationes: et sic cogitatio est quia est quasi quedam colligatio terminorum potest dici compago dum de uno tendit in aliud. Isa. 58. Dissolue colligationes impietatis. Jere. Isa. 5. Ut qui trahitis initia in funiculis vanitatis. Item medulla est intima latens in ossibus. Job. 21. Dedulis os illius irrigatur. Deinde cum dicit. Et non est vila creatura tecum ostendit quod illud quod est in natura non est occultum deo. Quia enim aliquid non videatur a nobis hoc est quod simpliciter et subtiliter est oculo nostro sive corporali sive intellectuam sicut sunt substantiae separate quas in vita ista videre non possumus. Divino autem intellectu nihil est simpliciter vel subtiliter: ergo nulla creatura est inuisibilis in conceptu eius. Sed nunquid cognoscit in universaliter tamen sicut quod voluerunt? Non: sed omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Per oculum autem intelligit vis cognitionis. Intelliguntur enim spiritualia per sensibilia. Signanter autem dicit in plurali oculos propter diversitatem intellectorum quia non cognoscit unum tamen sed etiam multititudinem rerum. Dicit etiam nuda et aperta. Dupliciter enim cognoscitur aliquid. Uno

modo in superficie. Alio modo in profundo sicut homo natus videt in superficie: non autem vestitus sed oia deo manifesta sunt que videntur in superficie. Nihil enim est extra quod impedit cognitionem dei: sicut vestis impedit ne videatur homo. Et iō dicit nuda. Job. 26. Nudus est interior nos coram illo. Dicit enim etiam aperta quia nihil est ita occultum in re quod de cognitione effugiat. Consequenter ostendit perfectionem auctoritatis ipsius cum dicit. Ad quem nobis sermo tecum. Hoc vero auctoritas est auctoritas iudicandi. Act. 10. Hoc est qui constitutus est a deo iudex viro ac mortuorum. Ad istum ergo nobis sermo ut scilicet reddamus rationem de omnibus nostris. 2. Cor. 5. Omnis nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut referat vniuersalibus propriis corporis put gestis sive bonis sive malis sit. Et iō quod sic est potest sic sciens sic magnus festinans ergo igitur tecum.

Lectio tertia.

Dabentes ergo pontificem magnus qui penetrauit celos iesum filium dei teneamus spei nostre confessionem: Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: septuaginta autem per omnia pro similitudine absque peccato: Adamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius: ut misericordia consequamur: et gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

Supra apostolus monuit ad fidelium ingredi in requiem dei: et ad hoc inducendum posuit magnitudinem Christi quantum ad diuinam naturam: hic ostendit idem quantum ad humanam naturam: et circa hoc facit tria. Primo enim posuit eius dignitatem. Secundo ostendit eius pietatem ibi. Non enim habemus pontificem tecum. Tertio inducit ad habendum de eo fiduciam ibi. Adeamus ergo tecum. Dicit ergo. Ita dicitur et quod nobis est sermo ad eum quod est vius sermo: verus iudex et pontifex. Argo habentes pontificem tecum. Tu es sacerdos in eternum. tecum. Nec et tantum pontifex: sed etiam Magnus Iacharie. 3. Et ostendit mihi dominum iesum sacerdotem magni statum coenam angelorum tecum. Hic autem dicitur Magnus quod non est pontifex nisi bonorum patrum sed et futurorum. Infra. 9. Christus assistens pontifex futurorum bonorum tecum. Duo autem pertinebant ad magnum pontificem. Unum quo ad officium scilicet semel in anno cum sanguine intrare in sanctas auctoritates: scilicet habetur infra. 9. et Lumen. 16. Hoc autem precipe conuenit Christo. Ille enim intrat cum sanguine in sancta figuralia: scilicet Christus per proprium sanguinem intravit in sancta ecclesia. Ideo dicit. Qui penetravit celos. Secundum est quod debebat esse ex certa tribu scilicet de stirpe aaron: sicut dicitur Exodus. 2. 9. et numeri. 16. 2. 17. Hoc autem copertus Christus est nobilioris originis. Unde dicitur filius dei. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus. Christus meus est tu tecum. Quia ergo habemus hunc pontificem teneamus confessionem: id est in hereziam corde: quia ut dicitur Rom. 10. Corde creditur ad iustitiam: orationem autem confessio fit ad salutem. Hanc autem confessionem requirit a nobis Christus pontifex maximus. Mat. 8. Qui me confessus fuerit coram hominibus tecum. Sed dicit spes nostra quod duplicitate potest intelligi. Uno modo quod confessio potest hic sumiuntur sicut confessionis dei. Fides autem est principium spei: sicut habet ex glorificatione. Mat. pmo. Abraham autem genuit Isaac id est fides genuit spem non quidem quam ad habitum sed quam ad ordinem actus. Nullus enim potest sperare nec deus nisi quod potest sequi. Quod autem possumus consequi eterna habemus per fidem. Et spes fidei est spes ieiunii. de quo speramus scilicet videre quam veritatem.

in epistolam ad Hebreos v

Deinde cum dicit. Non enim habemus te. ne forte cre-
datur q̄ non possit aliquid agere preter id qđ exigit ei.
Iustitia ostendit in ipso etiam esse misericordiam et pie-
tatem. Et ista respiciunt miseriā et hoc precipue conue-
nit christo. Unde dicit. Qui nō possit compati te. Scis
endum est autē q̄ ly posse aliquādū importat non nudā
potentiā: sed p̄m̄pitudinē et aptitudine christi ad subue-
niendū. et hoc quia seit et experientiā miseriā nostrā: quā
vt deus ab eterno fecit p̄ simplicem noticiā. p̄. 2. Vide
rīcos est deus timentib⁹ se: quoniam ipse cognovit signē-
tum nostrum. Unde subdit. Hoc similitudine fes nostri
temptatum. Est autē triplex temptatio. Una q̄ est a car-
ne quando sez caro concupiscit aduersus sp̄m ut dicitur
Gal.. 5. Et ista non est sine peccato. q̄ ut dicit augustin⁹.
Non nullum peccatum est cum caro concupiscit aduersus
sp̄m. q̄ hoc est carnem concupiscere. Sed hoc non
fuit in christo. et ideo dicit. Abs⁹ peccato id est absq̄ mi-
nimo motu peccati. 1. **De.** 2. Qui peccati non fecit nec
inueniens est dolus in ore eius. Et ideo dicit agnus dei.
Io. 1. **A**lla est temptatio ab hoste et a mundo. et hoc vu-
pliciter. Vel allicendo p̄ ipsa p̄. vel terrendo et aduersa.
Et his duob⁹ modis fuit temptatus xps. Fuit enim alle-
etus prosperis. Quicquid enim pertinet ad prosperitatem
huius vite vel pertinet ad concupiscentiam carnis. vel
ad concupiscentiam oculorum. vel ad superbiā vite. De pri-
mo enim temptauit eum diabolus quando temptauit eum
de gula que est mater luxurie. **Matt.** 4. Si filius dei
es dic ut lapides isti panes fiat. Item de inani gloria cū
dixit. Mrite te deorum. Item de concupiscentia oculorum
dicens. Hec omnia tibi dabo te. **Luc.** 4. Cōlumata omnis
temptatione diabolus recessit ab illo vñq ad temp⁹. Itē
fuit temptatus p̄ aduersa et insidias a phariseis: quia vo-
lebant eum capere in sermone. **Matt.** 22. Item p̄ cons-
tumelias. **Matt.** 27. Nam qui destruit templū dei te. Item p̄ flagella et tormenta. Excepta ergo temptatione
que est cum peccato p̄ omnia similes nobis temptatus est.
Hic autē fuit similitudinem quod potest dupliciter expo-
ni. Uno modo q̄ ly fin denotare causam finalē. Quasi
dicat. Ideo temptatus est ut daret nobis exemplū ut fin
similitudinem eius temptationē sustineremus et omnia co-
naremus vincere. 1. **De.** 2. Christus passus est p̄ nobis
vobis relinquens exemplū te. Vel potest denotare p̄ se-
quentiā. Quasi dicat. Ideo temptatus est ut p̄ omnia tā
in temporalibus q̄ in omnib⁹ aliis nisi in solo peccato
similes esset nobis. Si enim fuisset sine temptationib⁹ nō
fuisset eas expertus: et sic non compateret. Si vero ha-
buerat peccatum non potuisset nos iuuare sed magis in-
digeret adiutorio. **D**einde cum dicit. Adeamus cū fi-
ducia te. inducit ad habendā fiduciā de ipso. q̄st dicit.
Ex quo sic potest cōpāti adeamus cū fiducia. **Ela.** 12. Ec-
ce deus salvator meus fiducialiter agam te. Adeamus
vico ad thronum. Chronus dicit sedes regis. xps autē
rex ē. **Jere.** 23. Regnabit rex et sapiens erit te. Hic autē
thronus duplēcē habet statum. Anū iusticie in futuro
p̄. Sedisti sup̄ thronū qui iudicas iusticias. Hoc erit in
futuro. p̄. Cum accepero tempus ego iusticias iudicas
bo. Et aliis thronus gratie sez in presenti quādo est te-
pus miserendi. **Zach.** 4. Exequabit gratiā gratiā. Per
gratiā autē christi liberarim ab omni miseria: quia libe-
ramur a peccato quod facit miseros populos puer. 14.
Et ideo dicit. Ut misericordiaz̄ consequamur. Item per
gratiā christi iuuamur ad bona operanda. Et ideo dicit.
Et gratiam inueniamus. **Luc.** 1. Inuenisti gratiam
apud dominū. Et hoc in auxilio oportuno quo adiuve-
mur ad bene operandū. p̄. Auxilium meum a dño te.
Itud autē auxiliū ē p̄ grāz. 1. **Corin.** 15. Abūdant⁹ illis

laborauit. non autē ego: sed gratia dei mecum. Hoc autē
oporet esse cōgruo tempore. Ideo dicit. Auxilio oportu-
no. Omni enī negotio tempus et oportunitas. **Ecc.** 8.
Hoc est tempus presens qđ est tempus miserēdi.

Lapitulum quintū

Omnis nāq̄ pontifex ex homini-
bus assumptus p̄ hominibus cō-
stituit in his que sunt ad deum:
vt offerat dona et sacrificia p̄ pec-
catis. Qui cōdolere possit his qui ignorat
et errant: quoniam ipse circumdatuſ est in-
firmitate: et ppter ea debet quemadmoduſ
pro populo: ita etiam pro semetipso offer-
re pro peccatis. Nec quisq̄ sumit sibi hono-
rem: sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic
et christ⁹ nō semetipsum clarificauit ut pon-
tifex fieret. sed qui locut⁹ est ad eū. Filius
me⁹ est tu: ego hodie genui te. Quē admo-
dum et in alio loco dicit. Tu es sacerdos in/
eternū scđm ordinem **Abelchisēdech**. Qui
in diebus carnis sue preces supplicationes qđ
ad eum qui possit illum saluū facere a mor-
te: cum clamore valido et lachrymis offerēs
exauditus est p̄ sua reuerentia.

Sicut a principio huius epl̄ dictum fuit intentio apl̄ ē
ostendere xpm ex excellentiōem esse omnibus his ex qui-
bus lex haber auctoritatē sez angelis quoq̄ ministerio
data fuit. **Gal.** 3. Ordinata p̄ angelos te. Ex moysi qui
fuit legislator. **Io.** 1. Lex p̄ moysen data est. Et sacerdo-
tio et pontificatus aaron p̄ quē lex administrat. Expedit⁹
ergo de duob⁹ p̄mis: hic p̄sequit⁹ de tertio sez de eminē-
tia sacerdotiū xp̄i ad sacerdotiū aaron. Et circa hoc duo
facit. Primo em̄ ostendit christū esse pontificē. Secun-
do ostendit ipsum esse excellētiorē pontifice veteris le-
gis i seprimo capitolo ibi. Hic em̄ melchisēdech te. Itē
in p̄ma gre duo facit. Primo ostendit christum esse pon-
tificem. Scđo preparat aures auditōrum ad seq̄ntia ibi.
De quo nobis grandis est sermo te. Adhuc circa p̄mis
duo facit. Primo ostendit que requirant ad pontificem.
Secundo ostendit illa conuenire xpo. et sic concludit ipm
ibi esse pontificē. Sic et xps nō semetipsum te. Itē in p̄
ma gre tria facit. Primo describit pontificale officium.
Secundo ostendit pietatē que pontifici necessaria est ibi.
Qui condolere possit te. Tertio ostendit modum p̄ues-
niendi ad pontificis ibi. Nec quisq̄ sumit te. Circa
officium quartuor ponit. Primo cui conuenit. Secundo
virilitatē ibi. Pro hominib⁹ te. Tertio materiā ibi. In
bis que ad deum te. Quarto actum ibi. Ut offerat do-
na te. Itud autē officium conuenit homini non angelo
et ideo dicit q̄ ita dictuſ ē q̄ habem⁹ pontificē magnū
et talis est christus. Nāq̄ p̄ quia omnis pontifex ex homi-
bus assumptus debet etiā esse de numero hominū. To-
luit autē deus vt homo habeat simile sui ad quez currat.
Ande et ecclesia ordinavit q̄ quando utilis inueniēt aliis
quis de collegio non eligatur extraneus. **See.** 2. Daz
bo eis vinitores ex eodem loco. **Deut.** 17. Cum cōstitu-
es quē dñs deus tuus elegit de numero fratru tuoꝝ.
Non poteris alterius gentis hoīem regem facere qui nō
sit frater tuus. Dicit autē assumptus. quia debet alios ex-
cellere sicut pater de saule. 1. **Reg.** 10. Et ideo xps. **Io.**

Explanatio sancti Thome

ultimo. Interrogat petrum quem volebat preficere si diligenter ipsum plus alij. **T**unc et utilitas est: qd p hominibus constituit id est p ipsis utilitate. Non enim eos sicut ppter gloriaz non ppter cumulandas diuitias. nec ppter consanguineos ditandos. **2. Corin. 4.** Nos autem seruos vestros p telum. et ultimo. Sed potestate quam deus dedit mihi in edificatione et non in destructionem. Si vero aliquis querit quod suu est non est pastor sed mercenarius. **M**ateria dignitatis est quia p pontifex pncipat. Nam scilicet vel rector in ciuitate: ut iste in his que ad deum supple ordinat. **Ecc. 4.** Tu eris ei in his que ad deum pertinent **2. Corin. 10.** Arma militie nostre non sunt carnalia tc. Sicut ergo illa que pertinet ad dei cultum excedunt temporalia: ita dignitas pontificalis excedit omnes alias dignitates. Non ergo pontifices debent se implicare negotiis secularibus praetermissis his que sunt ad deum. **2. Corin. 2.** Nemo militaris deo tc. **A**uctus pontificalis est offere dona id est voluntarie oblatia non extorta. **Ecc. 25.** Ab omni homine qui offers ultraeum accipietis et sacrificari que sub offerant pro satisfactione peccatorum tc. **Levit. 4.** Pro eis rogabat sacerdos et p peccatis eius et dimittens ei. In quo designat qd omne quod offers sui voluntarium et voruum sue pro satisfactione debet offerre fin dispositionem prelani. **T**unc sequenter cum dicit. Qui condolere possit tc. ostendit quid requirat ad vsum sciz pietas. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit qd ad vsum pontificis requirit misericordia et pietas. Secundo ostendit qd requirit misericordia et pietas. **S**ed ovidit qd requirit misericordia motuum ibi. **Quoniam** et ipse tc. Tertio ovidit misericordia signum ibi. Et ppter ea debet tc. Dicit ergo dico qd debet esse in his qd ad deum. tamq; debet esse medius inter hominem et deum. **Heuc. 5.** Ego medius et sequens fui inter dominum et vos. Sicut ergo p deuotionem orationis debet tangere deum tanq; vnum extremum. sic p misericordiam et compassionem debet tangere alterum extremum sciz hominem. Et ideo dicit. Qui condolere possit. **2. Corin. 11.** Quis infirmatur et ego non infirmor. Contrario **Amos. 6.** Multib; patiebant super contritione iosephus duplex est ante defectus. Quicam enim deficit ex ignorantia. Et ideo dicit. **Cori. 9.** qui ignorant. Est autem ppter ignorare carere scia eoz que qd debet scire. Quicd vero ex certa scia. Et qd ad hoc dicit. Et errat. **M**otiu pietatis ponit cum dicit. **Quoniam** et ipse tc. Itud motiu uiz est infirmitas. Et illi qui preuent aliquando infirmatae **2. Corin. 4.** Dabimus thesaurum istum in vasis fictiliis bus tc. Et ratio huius est ut ex se aliorum infirmitatibus copiantur. et ideo dominus permisit cadere Petru. **Ecc. 31.** Intellige que sunt proximi tui ex teipso. Et ideo dicit. **Quoniam** et ipse circumdat et infirmitate sciz qd ad penalitates et culpam. **P**roferere mei deus quoniam infirmus sum. **Sap. 9.** Homo infirmus et exigui temporis tc. Et nota qd dicit. Circumdat. Carnales enim habent infirmitatē peccati in interioribus. Ratio enim et voluntas in ipsis subdit sunt peccato. Sancti vero habent in exterioribus. quia non sunt subiecti peccato. tamq; sunt circumdati fragilitate carnis. **Bo. 7.** Vente seruio legi dei. carne autem legi peccati. Signū autem huius est qd et in veteri lege sicut patet **Levit. 9. et 16.** et etiam modo sicut patet in canone misse cum dicit. Nobis quoque peccatoribus statutum est qd sacerdos offerat etiam p se: quod non fieret nisi esset infirmitas peccatorum quibus est circumdatus non oppressus. Si enim sit in morali peccato non debet celebrare. Et ideo dicit qd ppter ea debet quoadmodum p populo etiam p se offerre p peccatis. Con sequenter ponit modum quenandi ad pontificatum cum dicit. Nec quis p tc. Vocet enim contra naturam qd ali-

quid producat se ad statum altiorē sua natura sicut set non facit seipsum lignem: sed fit a superiori. Unde disciplina dei non habet qd quisq; sibi sumat honorē fauorem specialem: potentia: **Amos. 6.** In fortitudine enim nostra assumptum nobile cornua. **Ecc. 8.** Ipsi regnauerunt et non exi. Sed debet vocari a deo sicut aaron. **Ecc. 28.** Applieta ad te aaron. Et ideo dominus confirmauit sacerdotium eius. sicut pater Numerti. **17.** per virgam que floruit. Tales ergo debent assumi qd non seingerunt. **Q**uod antiquitus signo visibili ostendebant sicut patet de beato nicolao et multis alijs. **D**einde cu dicit. Sic et xps tc. ostendit quomodo christus sit pontifer. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit quod dicta conuenient xpo Secundo ex hoc concludit intentum ibi. Appellatus est a deo. tc. Circa primuz tria facit. Primo enim ostendit qd xps factus est pontifex non a se sed a deo. Secundo agit de ipsi officio ibi. Qui in diebus carnis sue tc. Tertio de ipsius misericordia ibi. Et quidē cum eliet tc. Circa secundum duo facta. qd primo ostendit qd xps non promovit se ipsum. Secundo ostendit a quo sit pmonus. ibi. Sed qui locutus est tc. Dicit ergo. xps non semetipsum clarificauit. tc. Circa quod sciendū est qd non dicit non fecit seipsum pontificem: sed dicit non clarificauit tc. Sunt enim quidā qd se clarificat ut sicut hypocrite: qui demōstrant in se aliqua ut eligant vel prebendas consequantur nullus tamen facit se pontificem. christus vero non solū non fecit se pontificem: sed nec se clarificauit ut fieret **Io. 8.** Ego gloriam meā non quero. Et paulopost sequit. Est pater meus qui glorificat me. Et hoc est verum inquantum homo. quia in quantum deus habet eandem gloriā cū patre. **D**einde cum dicit. Sed qui locutus est tc. ostendit a quo est pmonus. Et primo ostendit a quo est clarificatus. Secundo quomodo est pontifex designatus ibi. Et in alio loco tc. Clarificatus autem est divino iudicio. qd sciz dominus locutus est ad ipfuz in ps. **F**ilius meus es tu tc. Et hoc est expositum supra. Item **Matth. 3.** Hic est filius mens dilectus tc. Cum ergo ostendit eū ab eterno genitum ostendit gloriam eius. supra. **I**Qui cum sit splendor glorie tc. Pontificatus etiam accipit a deo in xpi homo quādmodū in alio loco dicit. sciz in ps. **C**u es sacerdos in eternū. Atq; aut aplus auctoritatis ps. tanq; magis famosa et maiori auctoritatis vixione magis frequentata. Dicit autem sacerdos quia se obtulit deo patri. **Eph. 5.** Dillexit nos et tradidit semetipsum p nobis oblationem et hostias deo tc. Et ne credat tale esse sacerdotii xpi sicut fuit in veteri lege. distinguunt ipsum sciz ad duo. Primo quantū ad dignitatē: qd in eternū. Illud enim fuit temporale. erat enim figurale: et ideo non est perpetuum: sed transit vidente figurato. Sed sacerdotiū xpi est eternū. qd est de veritate que est eterna. **E**t hostia eius habet virtutem introducendi in vitam eternā. Item durat in eternū. Secundo quantum ad ritum: quia offerebant animalia. hic autem panis et vīnū. Et ideo dicit. Scdm ordinem melchisedech. **I**stud autem infra exponetur. **D**einde cum dicit. Qui in diebus tc. ostendit illud quod pertinet ad officium pontificale conuenient xpo. Et primo ostendit eius conditionem. Secundo actū eius ibi. **P**reces supplicationesq; tc. Tertio efficaciam ibi. Cum clamore valido tc. Conditio eius est qd fuit vnū ex omnibus. quia ut dictum est pontifex ex omnib; assumit. Et ideo dicit. Qui in diebus carnis sue tc. Non dominatur autem hic caro p tota natura humana. sicut illud **Io. 1.** Verbum caro factum est. Sed nunquid modo non sunt dies carnis eius? Et videt qd sic illud **Luc. vi.** Spiritus carnem et ossa non habet sicut me videtis habere. Quare ergo magis dicit tempus ante passionem et resurec-

in epistolam ad Hebreos v

rectionem suam tempus vel dies carnis q̄ nunc. Dicendum est q̄ caro q̄nq̄ sumit p̄ fragilitate carnis. sicut 1. Corin. 15. Caro & sanguis regnum dei possidere nō posunt. Christus autē tunc habuit carnem fragilem & corrupibilem. Et ideo dicit. In diebus carnis sc̄z in quib⁹ gerebat carnem similiē peccatricē. Quia autē eius fuit. q̄ obtulit preces & supplicationes. hoc est spirituale sacrificium q̄d xp̄s obtulit. Ncunq̄ autē preces id est peritiosas Iac. v. lxx. Multū em̄ valet depeccatio iusti assidua. Supplicationes vero dicunt quantū ad humilitatē orantis sicut genuflexiones. Matth. 26. Procedit in faciem suam orans. Ad quē. Ad deum patrem qui salū illum facere posset a morte. Hoc autē poterat facere duplicitē. Uno modo ne moreret. Unde dicitur Matth. 26. Pater si fieri potest ic. Item ut mortuum resuscitaret. p̄s. Non derelinques in inferno aliam meā. Itē Tu autē domine miserere mei & ressuscita me. Ad istud sacrificium sp̄nale ordinat sacerdotū xp̄i. Un̄ responderet ei quod dictu⁹ est supra. Ut offerat dona ic. p̄s. Sacrificiū laudis honorificabit me. Osee. i. 4. Redemus vitulos labior nostrorum. Efficacia ostendit ex mō orandi. Duo autē sunt necessaria oranti. sc̄z feruēs affectio. Item dolor & gemit⁹. De his duobus. p̄s. Domine ante te omne desiderium meū. Q̄rum ad primum. Et gemitus meus a te non est absconditus. Q̄rum ad secundum. Christus autē ista duo habuit. ideo ppter primū dicit. Cum clamore valido id est cum intentione efficacissima Luc. 22. Factus in agonia ic. Et. 23. clamans ait Pater ic. Secundū cum dicit. Et lachrymis. Hoc autē nō legit̄ euangelio sed pbabile est q̄ sicut ipse lachrymatus est in resurrectione lazari: ita & in passione sua. Nam ipse multa fecit que non sunt scripta. Non tamen fecit p̄ se: sed p̄ nobis quibus passio sua profuit. Sibi autē profuit inquit q̄ ipsam meruit exaltari. Phil. 2. Propter quod et deus exaltauit illum ic. Et ideo exauditus est p̄ sua reverentia quam sc̄z sup̄ omnes habebat ad deum. Isa. 11. Et replebit eum sp̄s timoris domini. Sed contra videt & non fuit exauditus: quia non p̄ se quia non transiit calix ab ipso q̄d tñ petebat. Item nec p̄ aliis: quia non fuit indultum iudeis quibus petebat indulgeri. Luc. 23. Pater dimittit illis ic. Dicendum est q̄ xp̄s in omnibus q̄ voluit fieri fuit exauditus. Ipse autē sibi appetitus sensualitatis & sibi voluntate inquit est quidam appetitus naturalis refugiebat mortem. Et q̄rum ad hoc orabat ut ostenderet se verū hominem. Sibi voluntate consequente rationē deliberatam volebat mori. Unde dicit. Verumtamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Itē nolebat q̄ ignoscere omnib⁹: sibi tñ q̄ crediderunt. Et multi postea conuersi sunt.

Lectio secunda

Et quidem cum esset filius dei. dicit ex his que passus est obediētiā & consumatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex: iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicēdū quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Etenim cum deberetis magistri esse prop̄ tempus: rursum indigeris: ut vos doceamini que sint elementa exordij sermonū dei;

